9
2-A
3
10
3 M
42
669
Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu
4472

Digitized by Google

Digitized by Google

PRIMORDIA
CORCYRAE

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Ex. Dono Emi Card. Quirini
che ne è l'autore


Digitized by Google

Digitized by Google

PRIMORDIA CORCYRAE

POST EDITIONEM LYCIENSEM
ANNI MDCCXXV.

AB AUCTORE
NUPERRIME RECOGNITA
ET MULTIS PARTIBUS
ADAUCTA.



CORCYRA INSULA

BRIXIAE

Excudebat Joannes-Maria Rizzardi
CIƆ IƆ CC XXXVIII.
SUPERIORUM PERMISSU.

Digitized by Google

Digitized by Google

TYPOGRAPHUS

LECTORI.

OPtima quæque in regimine Brixianæ Eccleſiæ ſectari magnopere ſtudens EMINENTISSIMUS S.R.E. CARDINALIS QUIRINUS, nihil propterea intentatum relinquit, quod ad bonarum artium ſtudia promovenda quoquo modo conferre poſſe videatur. Itaque admodum curat, ut Urbis hujus Bibliothecæ, illa in primis Seminarii Epiſcopalis, copioſis, ac ſelectis voluminibus inſtruantur; juvenes, alumnos præſertim ejuſdem Seminarii, primas in Scholis ferentes, præmiis afficit omnino inſuetis, &, cui anguſta domi res ſit, mire opportunis; Græcarum Literarum Magiſtrum peritiſſimum ad ludum ibidem aperiendum conduxit; Characteres Græcos, formæ quidem non ſpernendæ, in meam invexit typographiam; ac demum præter nonnullos libros meis typis nuper editos, reconditiorem Philoſophiam, ac Matheſin illuſtrantes, ador-

nari

Digitized by Google

nari juſſit Veterum Brixianæ Eccleſiæ Patrum magnificam, ac ſplendidam Editionem, quæ prope diem evulgabitur.

Quoniam vero probe novit AMPLISSIMUS CARDINALIS *pro omnium animis ad virtutem inflammandis, nihil adeſſe efficacius Principis exemplo, non ſolum ipſe diurna, nocturnaque manu libros verſare geſtit, ſed præterea cum comperiſſet, a Græcarum Literarum in hac Urbe ſtudioſis vehementer exoptari, ut nova luce donarentur,* PRIMORDIA CORCYRÆ, *liber ſcilicet, quem ipſe a ſe, dum in ea Inſula Præſulem ageret, elaboratum, Lycii in Regno Neapolitano duodecim circiter ab hinc annis publici juris fecerat, haud ægre animum appulit, menſibus proxime præteritis, ad librum illum ſecundis curis expoliendum, ac multis partibus locupletandum, idque (quod omnes quam maxime mirabamur) vel in ipſis Canicularium dierum æſtuoſiſſimis horis.*

Fruere igitur, Lector benevole, fœtu hoc, quodammodo novo, SAPIENTISSIMI CARDINALIS *ex officinæ meæ typis prodeunte, quem, ut ſperare licet, alii quamprimum ſubſequentur, tanto pariter Auctore digni. Cedet*

hoc

hoc in magnam typographiæ meæ gloriam, nam dum aliorum præla ſibi decus accerſere conſueverunt ex Principum, quorum nomini libros inſcribunt, auſpiciis, meo datum erit, egregie micare libris ipſis ab EMINENTISSIMO PRÆSULE elucubratis, eo nimirum, qui non minus Literarum, quam ſuæ hujus Diœceſis, moderator, & Antiſtes, omnium ore celebratur.

Scire autem te cupio, Græcas Literas in hac Urbe admodum olim floruiſſe, cujus rei certam fidem facit, eximium earum lumen, Aldus Manutius in duabus Epiſtolis, quarum una Stephanum de Urbibus Joanni Taberio, altera vero Onomaſticum Pollucis Heliæ Capreolo dicavit, ambobus Brixianis, ambobus ob egregiam Græcæ Linguæ peritiam eo honore dignis a ſummo Viro reputatis.

Tandem te moneo huic Operi ſubjungendam fore Appendicem, documenta complectentem, quæ Sacra Corcyræ Primordia *jure quiſpiam appellaverit, cum contineant rationem initam ab Auctore hujus libri, dum ejus Inſulæ ſacram gereret præfecturam, pro innocue retinenda, quæ ibi viget, inter Latinos, & Græcos in Sacris conſuetudine. Vale.*

PRI-

Pag. 193. *lin.* 16. *haud opus eſt monere Lectorem*, Octavia *legendum non* Cleopatra, *quod cuique patebit.*

Digitized by Google

PRIMORDIA CORCYRÆ

CAPUT I.

Drepane, *ſeu* Drepanum *antiquiſſimum Corcyræ nomen. Ita dicta non quidem ex fabuloſa falce illa, de qua Apollonius Rhodius, Lycophron, Heſiodus, horumque Scholiaſtæ, ſed ex terræ, quæ in falcis modum curvatur, figura. Pariter ex oblonga figura* Macridis *nomen accepit, non autem ex Macride Bacchi nutrice.* Scheria *vetus aliud Corcyræ nomen, cujus origo ex Ariſtotele, & aliis a verbo* ἴσχειν, *ſeu poetice* σχᾶν *profluxit, ex Samuele autem Bocharto a Phœnicia voce* Schara.

FALX illa, unde *Drepanes*, ſeu *Drepani* nomen (Δρεπάνη Græce, Latine *falcem* ſonat) Corcyræ impoſitum, Mythicis ejus Inſulæ antiquitatibus exordium faciat.

Porro hujuſcemodi nomine nullum antiquius Inſulam accepiſſe, fidem facit Auctor brevium Scholiorum, quæ in Iliadem, & Odyſſeam ſub nomine Didymi feruntur ad verſ. 34. lib. v. Odyss. ita adnotans: Σχερία ἐκαλεῖτο ἡ νῆσος τῶν Φαιάκων. τὸ δὲ μετὰ ταῦτα ἐκαλεῖτο Κέρκυρα, τὸ δὲ ἀρχαιότατον ἐκαλεῖτο

Δρεπάνη, *Scheria vocabatur inſula Phæacum, ac deinceps dicta eſt Corcyra, primitus autem Drepane nuncupabatur*. Didymo adſtipulatur alius Homeri Scholiaſtes, Euſtathius patria Conſtantinopolitanus, Archiepiſcopus Theſſalonicenſis, ad eumdem Odyss. locum; itidem Stephanus Byzantius de Urbibus, ſive Hermolaus ejus Epitomator, in voce Φαίαξ.

Huic nuncupationi Poetæ, eorumque Scholiaſtæ originem factam volunt a falce in ſecretiore Inſulæ parte occultata, ſeu illa ſit, qua Ceres metendi artem Titanas edocuit, ſeu qua Saturnus Cœli, aut Jupiter Saturni genitalia abſcidit. Utramque fabulam enarrat Apollonius Rhodius Argonauticorum Lib. IV. ubi de Corcyra agens, hæc habet:

Εςι δέ τις πορθμοῖο παροιτέρη Ιονίοιο,
Αμφιλαφὴς; πίειρα, Κεραυνίη εἰν ἁλὶ νῆσος,
Η ὑπὸ δὴ κεῖσθαι δρέπανον φάτις, ἵλατε Μοῦσαι,
Οὐκ ἐθέλων ἐνέπω προτέρων ἔπος, ᾧ ἀπὸ πατρὸς
Μήδεα νηλειῶς ἔταμε Κρόνος. οἱ δέ ἑ Δηῶς
Κλείουσι χθονίης καλαμητόμον ἔμμεναι ἅρπην.
Δηὼ γὰρ κείνῃ ἔνι δήποτε νάσσατο γαίῃ,
Τιτῆνας δ' ἔδαεν ςάχυν ὄμπνιον ἀμήσασθαι,
Μακρίδα φιλαμένη, Δρεπάνη πόθεν ἐκλήϊςαι
Οὔνομα, Φαιήκων ἱερὴ τροφός.

Eſt autem quædam fretum ante Jonium,
Magna, dives, Ceraunia in mari inſula,
Qua ſub poſitam eſſe falcem fama eſt (ignoſcite Muſæ,
Nec volens dico priorum fabulam) qua patris
Genitalia crudeliter amputavit Saturnus. Alii vero
ipſam Cereris

Di-

Dicunt terreſtris meſſoriam eſſe falcem.
Ceres enim illa habitabat quondam in terra,
Titanaſque docuit ſpicam fertilem demetere,
Macrin diligens. Drepane inde vocata eſt
Nomine, Phæacum ſacra nutrix.

Scholiaſtes Apollonii ad hunc locum prioris commenti auctorem facit Timæum. Poſtquam enim poſterioris narrationem ex Ariſtotelis libro de Corcyræorum Politia (qui pars erat præſtantiſſimi illius Operis, in quo divinus ille Scriptor omnium fere civitatum non Græciæ ſolum, ſed etiam Barbariæ mores, inſtituta, ac diſciplinas, ut ait Cicero lib. v. de Finibus, expoſuerat) deſumpſiſſet, ſubdit: Τιμαῖος δ' ἐκ τοῦ Δρεπάνου, ᾧ ἐξέτεμεν τοῦ Οὐρανοῦ τὰ αἰδοῖα ὁ Κρόνος, ἢ ὁ Ζεὺς τὰ τȣ͂ Κρόνου, *Timæus autem ex falce, qua Cœli genitalia Saturnus, aut Saturni Jupiter abſcidit.*

Corcyram Saturno ex illa abſciſſione maxime inviſam ſcribit Lycophron Chalcidenſis in Dramate de Alexandra, ubi Ulyſſis errores deſcribens, ejus ad Corcyram appulſum ita expreſſit:

.... Νῆσον δ' εἰς Κρόνῳ ςυγȣμένην
Αρπην περάσας μεζέων κρεανόμον
Αχλαινος ἵκτης πημάτων λυγρῶν κόπις.
.... *Tum in inſulam Saturno inviſam*
Drepanum trajiciens teſticulorum laniatricem
Supplex nudus ærumnarum triſtium enarrator.

Ad quæ Scholiaſtes ejus Tzetzes (ſive Iſaacius, ut vulgo creditur, ſive Joannes hujus frater, ut doctiores modo ſentiunt) falcis tam laniatricis, quam meſſoriæ commenta referens, addit: καὶ οὕτω μὲν ἡ Κέρκυρα,

Δρέπανον λέγεται, *& hac ratione Corcyra Drepanum nuncupatur*. Alibi falcem hanc memorat Lycophron his verbis: Ἄρπης Κρόνȣ πήδημα, *Falcis Saturni ſaltum;* ad quæ Tzetzes ſuperius traditam explanationem refricat.

Notat utrobique idem Scholiaſtes, *Drepanum* pariter vocari quoddam Siciliæ oppidum, propterea quod in eo repoſita fuiſſet hæc ipſa falx, Cœli a Saturno exſecti cruore imbuta. Eamdem alii in quoddam Achaiæ promontorium projectam tradentes, inde illi *Drepani* nomen inditum affirmarunt, teſte Pauſania in Achaicis: λέγεται (inquit) λόγος, ὡς Κρόνος τῆς θαλάσσης ἐνταῦθα ἔῤῥιψε τὸ δρέπανον, ᾧ τὸν πατέρα Οὐρανὸν ἐλυμήνατο. ἐπὶ τȣτῳ δὲ καὶ τὴν ἄκραν Δρέπανον ὀνομάζȣσι, *Fertur Saturnum in illud mare falcem projeciſſe, qua Cœlum patrem abſcidit, ac proinde promontorium Drepanum nuncupant*.

Nil mirum famigeratam hanc falcem pluribus locis nomen tradidiſſe, quandoquidem in pontum projectam, una cum exſectis genitalibus, hac & illac enataſſe prodebatur. Heſiodus in Theogonia de Saturno:

.... πελώριον ἔλαβεν ἄρπην
Μακρὴν καρχαρόδοντα, φίλου δ' ἀπὸ μήδεα πατρός
Ἐσσυμένως ἤμησε, πάλιν δ' ἔῤῥιψε φέρεσθαι
Ἐξοπίσω. τὰ μὲν ὔτι ἐτώσια ἔκφυγε χειρός.
Ὅσσαι γὰρ ῥαθάμιγγες ἀπέσσυθεν αἱματȣεσσαι,
Πάσας δέξατο γαῖα. περιπλομένων δ' ἐνιαυτῶν
Γείνατ' Ἐριννῦς τε κρατερὰς, μεγάλȣς τε Γίγαντας.
.... *Immanem cepit falcem,*

Lon-

Longam, aſperos dentes habentem, charique genitalia patris
Feſtinanter demeſſuit, rurſumque abiecit, ut ferrentur,
Pone. Illa quidem non incaſſum elapſa ſunt manu.
Quotquot enim guttæ proruperunt cruentæ,
Omnes ſuſcepit terra. Circumvolutis autem annis
Produxit Erinnyes validas, magnoſque Gigantes.

Ac paulo poſt

Μήδεα θ' ὡς τὸ πρῶτον ἀποτμήξας ἀδάμαντον
Κάββαλ' ἐπ' Ηπείροιο πολυκλύςῳ ἐνὶ πόντῳ.
Ως φέρετ' ἀμπέλαγος πȣλλῶ χρόνον.
Teſticuliſque ut prius reſectis adamantem
Dejecit circa Epirum undis agitatum in pontum.
Sic ferebatur per pelagus longo tempore.

Hæc omnia ex Poetarum penu. Longe veroſimilius putem, Corcyram antiquiſſimum *Drepanes* nomen terræ ſuæ, quæ in falcis modum curvatur, figuræ debere. Hanc interpretationem nobis quodammodo offerunt verba Scholiaſtis Apollonii ad laudatos verſus: Δρεπάνη δ' ἐκαλεῖτο διὰ τὸ, τὴν Δήμητρα αἰτησαμένην δρέπανον παρ' Ηφαίςȣ τȣ̀ς Τιτᾶνας διδάξαι θερίζειν. εἶτα αὐτὸ κρύψαι εἰς τὸ παραθαλάσσιον μέρος τῆς νήσȣ. προσκλυζȣ́σης δὲ τῆς θαλάσσης, ἐξομοιωθῆναι τὴν θέσιν τῆς γῆς δρεπάνῃ. *Drepane autem vocabatur, propterea quod Ceres, petita a Neptuno falce, Titanas metere edocuit, quam poſtea ad maritimam inſulæ oram occultavit. Mari autem alluente, terræ illius ſitus falci ſimilis evaſit.* Ab ejuſcemodi curvatura Drepanum Siculum nomen forte accepiſſe tradit vetus Virgilii Scholiaſtes Servius Maurus Honoratus, qui ad illud

Ænei-

Digitized by Google

Æneidis lib. III.

Hinc Drepani me portus, & illætabilis ora
Accipit.

Drepanum (inquit) *civitas eſt ante pedem montis Erycis, trans Lilybæum, vel propter curvaturam littoris, in quo ſita eſt, vel &c.* De hoc minime dubitat Philippus Cluverius Sic. Ant. lib. 2. cap. 1. cui tamen aliisque ita ſentientibus refragatur Samuel Bochartus Geogr. Sac. par. poſt. lib. 1. cap. XXVII. cum, ait ipſe, in portu Drepanitano terra non curvetur ſenſim in falcis modum, ſed plane in acumen deſinat. Curvam revera Corcyram falcis ſpeciem referre, manifeſtum cuivis reddit ipſius Inſulæ inſpectio.

Pari ratione exiſtimandum eſt oblongæ illi figuræ Corcyram debere *Macridis* nomen, quo eam Apollonius in præcitatis verſibus deſignavit, & alibi in eodem lib. IV.

Μάκριν τ' εἰσαφίκανε Διωνύσοιο τιθήνην.
Macrinque attigit Dionyſii nutricem.

Cauſam nominis, Poetæ verbis inſiſtens, deducit illius Scholiaſtes a Bacchi nutrice; quam tamen ſatius eſt *a longitudine* ἀπὸ τῆς μακρότητος derivare: quemadmodum Dionyſii Periegetæ Scholiaſtes, Euſtathius Archiepiſcopus Theſſalonicenſis, Euboeam *Macrin* dictam ſignificat, διὰ τὸ τῆς θέσεως ἐπίμηκες, *propter ſitus in longum extenſionem.* Quæ Euſtathii interpretatio, quam veterum Geographorum auctoritas confirmat, eo magis propoſito noſtro inſervire valet, quod eadem Bacchi nutrix Euboeæ æque ac Corcyræ nomen *Macridis* indidiſſe feratur. Teſtis eſt ipſe

Apol-

Apollonius pariter Argonautic. lib. IV. Macrin ulnis ſuis naſcentem Bacchum in Euboeæ antro foviſſe:

> Κείνη δὴ πάμπρωτα Διὸς Νυσήϊον υἷα
> Εὐβοίης ἔντοσθεν Ἀβαντίδος ᾧ ἐνὶ κόλπῳ
> Δέξατο.
> *Illa ſane Jovis primum Nyſſejum filium*
> *Eubœa in Abantide ſuo in ſinu*
> *Excepit.*

Utrobique igitur eamdem illius nominis agnoſcimus cauſam, fabuloſam quidem, Macrin Bacchi nutricem, ſinceram vero, Inſulæ utriuſque prælongam figuram.

Aliud Corcyræ nomen, quod allati in fronte Capitis textus exhibuerunt, quodque apud Homerum, & veteres alios Scriptores frequentiſſime occurrit, *Scheriæ* nimirum, Cereris precibus refertur, quibus effectum eſt, ne fluvii adverſus Corcyram ex proxima continente labentes eam ex inſula peninſulam redderent. En verba Ariſtotelis ex citato libro de Corcyræorum Politia ab Apollonii Scholiaſte libro quarto allegata: Ἀποδίδωσι δὲ τὴν αἰτίαν Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Κερκυραίων πολιτείᾳ. Φησὶ γὰρ τὴν Δήμητρα φοβουμένην, μὴ οἱ ἐκ τῆς Ηπείρου ἐρχόμενοι ποταμοὶ ἤπειρον αὐτὴν ποιήσωσι, δεηθῆναι Ποσειδῶνος ἐπιστρέψαι τὰ τῶν ποταμῶν ῥεύματα. ἐπισχεθέντων οὖν τούτων ἀντὶ Δρεπάνης Σχερίαν ὀνομασθῆναι. *Cauſam autem aſſignat Ariſtoteles in Corcyræorum Politia; ait enim Cererem verentem, ne labentes ex Epiro fluvii continentem ipſam efficerent, Neptuno preces adbibuiſſe, ut eorum curſus cohiberet: iis igitur cohibitis pro Drepane Scheriam nuncu-*

nuncupatam fuiſſe. Hæc ipſa verba Stephanus de Urbib. in voce Σχερία, Scholiaſtes in Græcæ Anthol. lib. 1. cap. xxxi. Epigr. 1. Euſtathius ad Odyſſ. lib. v. in principio, tranſcripſerunt. A verbo itaque ἴσχειν, quod *inhibere*, *reprimere* ſignificat, illius nominis origo profluxit. Epiri fluvios non longe a Corcyra Leucadi damnum, quod Ceres Corcyræ præcavebat, intuliſſe legimus apud Plin. Hiſtor. Nat. lib. iv. cap. 1. *Dein ſinus ac Leucadia ipſa peninſula, quondam Neritis appellata, opere accolarum a continente abſciſſa, ac reddita, ventorum flatu congeriem arenæ accumulantium, qui locus vocatur Dioryctos, ſtadiorum longitudine trium*.

Novum Scheriæ etymon excogitavit Samuel Bochartus Geogr. Sac. lib. 1. cap. xxxiii. illud a voce *Schara*, quæ Phœnicibus *emporium* ſeu *inſulam negotiationis* ſonat, derivans, adeo ut Corcyræi navigationis peritiſſimi, ex Orientalibus regionibus pretioſas merces aſportare aſſueti, patriæ ſuæ ex hac ipſa induſtria, ac labore *Scheriæ* appellationem adſciverint. Equidem nautica arte Corcyræos cum primis excelluiſſe, abunde ex inferius adducendis innoteſcet.

CAPUT II.

Uſitatius Inſulæ nomen Corcyra *ex Corcyra puella a Neptuno vitiata. Samueli autem Bocharto ex Arabica voce* Carcara. *Corcyræ nomen in Homero reperiri, falſo tradit Joannes Harduinus. Lectio* Κέρκυρα, *quam pro ſuppoſititia habet Ezech. Spanhemius, omnino retinenda ceu genuina.* Cercurum, & Cercura *apud Plautum genus navis, veroſimiliter quales Corcyrææ. Lectio,* καὶ ἡ κουρὰ, *corrigenda in Heſychii Lexico. Montes, in quibus ſubſtitit Arca Noæ, licet a quibuſdam* Corcyræi *dicti, non in inſula Corcyræ, ſed in Armenia ſiti. Aliud Corcyræ nomen* Κορυφὼ, *unde vulgare* Corfù, *cui nihil commune cum* Corfinio. *Corcyra Minor, ſeu Nigra veroſimiliter a Majoris incolis condita, ex nominis, & originis communione.*

Diodorus lib. iv. Biblioth. Aſopi, & Methones filias recenſens, ac inter eas Corcyram primo loco ponens: Κέρκυρα μὲν (inquit) ὑπὸ Ποσειδῶνος ἀπηνέχθη εἰς νῆσον, τὴν ἀπ' ἐκείνης Κέρκυραν ὀνομασθεῖσαν, *Corcyra autem a Neptuno traducta eſt in Inſulam, quæ ab ea Corcyra nominata eſt.* Stephanus de Urbib. in verbo Φαίαξ: Φαίαξ ὁ Ποσειδῶνος, καὶ Κερκύρας τῆς Ἀσωπίδος, ἀφ' ἧς ἡ νῆσος Κέρκυρα ἐκλήθη, τὸ πρὶν Δρεπάνη, καὶ Σχερία κληθεῖσα, *Phæax Neptuni filius, atque Corcyræ Aſopidæ, a qua Inſula, Drepane prius,*

& Scheria vocata, Corcyræ nomen accepit. Pro quo Hellanicum citat Ιερείων α΄. Eadem ferme Euſtathius in Scholiis ad lib. v. Odyſs. Demum Pauſanias in Corynth. ex Corcyra Aſopi filia Scheriam inſulam *Corcyram* nominatam ſcribit ; idemque in priore Eliacor. memorans donarium a Phliaſiis ſacratum Aſopo, ejuſque filiabus, Corcyram inter has nominat, de qua ferebatur, ait ipſe, ὡς μιχθεὶη Ποσειδῶν αὐτῇ, *Neptunum cum ea commixtum fuiſſe*.

Samuel Bochartus quemadmodum Scheriæ, ſic & Corcyræ etymologiam ex Orientali lingua depromptam ſuppeditat. Arabibus enim *Carcara* eſt terra, in qua tuto, & pacate vivitur: Corcyræos autem per multa ſæcula ita vixiſſe tam loci ſitu, quam propria virtute fretos, docebunt Homerici verſus ex lib. vii. Odyſs. ſuo loco laudandi.

Corcyræ nomen licet admodum vetus, nihilominus in Homero numquam prorſus reperitur: ac proinde memoria fefellit Joannem Harduinum in eruditiſſimo Opere, quod ſingularem priſcæ Geographiæ lucem affundit, inſcribiturque: *Nummi antiqui populorum & urbium illuſtrati*: ubi Corcyræos recenſens: *In nummis* (inquit) *ſemper* Κορκυραίων, *&* Κόρκυρα, *numquam* Κερκυραίων, *aut* Κέρκυρα: *tametſi vetus eſt nomen illud apud Homerum*. Adeo verum eſt nomen hoc apud Homerum non legi, ut apud Strabonem lib. i. & lib. vii. ab Eratoſthene, & Apollodoro dicam ſcriptam reperiamus Callimacho Grammatico, quod Homericam Scheriam *Corcyræ* vocabulo expreſſerit. Qua de re ſuo loco.

Præ-

Digitized by Google

Prædictam Corcyræorum nummorum lectionem cum in iis (nam hujuſmodi plures in præclaris extant cimeliarchiis) conſtanter ſervatam animadvertiſſet Vir alius Clariſs. Ezechiel Spanhemius, admiratione dignum in Obſervationibus ad Callimachum pag. 428. illi viſum eſt, apud veteres Auctores Herodotum, Thucydidem, Strabonem, Dionyſium Periegetam, & alios pleroſque omnes, non Κόρκυρα, & Κορκυραῖος legi, ſed Κέρκυρα, & Κερκυραῖος, nummis (ait ille) indubiæ fidei, ac vetuſtatis refragantibus. Unde infert, dubitare equidem haud licere, pro Κέρκυρα, & Κερκυραῖος, continuo Κόρκυρα, & Κορκυραῖος apud dictos Auctores reponendum eſſe. At Viri eruditiſſimi confidentiæ reprimendæ, ac opinioni exſufflandæ ſatis erit Euſtathius Scholiaſta ad Dionyſii verſum 494. ubi veterum Scholiorum, Hiſtoriarumque auctoritate utramque lectionem Κόρκυρα, & Κέρκυρα genuinam affirmat his verbis: Τὰ δὲ παλαιὰ (inquit) σχόλια ϗ πολλὰ δὲ ἱςοριῶν ἀντίγραφα ἐμφαίνουσιν ἀμφιβόλως ἔχειν παρὰ τοῖς παλαιοῖς τὴν τῆς νήσȣ ταύτης γραφήν. λέγεσθαι γὰρ ϗ διὰ τȣ̃ ο Κόρκυραν. *Antiqua Scholia, ac plura Hiſtoriarum Exemplaria apertum faciunt, ancipitem eſſe hujus inſulæ apud veteres ſcripturam. Quippe per o etiam effertur Corcyra.* Lectionem, Κέρκυρα, conſtanter uſurpat ipſe Scholiaſtes, quin firmius adhuc adſtruit, dum ibidem obſervat, aliam nempe Κόρκυρα deſignandæ Corcyræ Minori, ſeu Nigræ frequentius inſervire. Ea hodie dicitur *Curzola*. Addo, Suidæ, Heſychii, Etymologici Magni Lexica ab omni mendæ ſuſpicione vo-

cem Κέρκυρα abſolvere, quoniam in illis ea vox, aliæque inde derivatæ in ſyllabæ Κε cenſum veniunt, non vero in ſyllabæ Κο; ad quem ſpectarent, ſi germana nominis lectio non ε ſed ο ſibi vindicaret. Præterquamquod ſtrages prorſus edenda foret in priſcis exemplaribus, ſi ubicumque Κέρκυρα, & Κερκυραῖος legitur (quæ voces innumeris prorſus locis occurrunt) iis eliminatis, Κόρκυρα, & Κορκυραῖος reponendum foret. Eodem loco Spanhemius veterem aliam lectionem de Corcyra ſollicitavit, at ibi quoque quam infeliciter, ne dicam audacter, patebit inferius. Fatale fuit præſtantiſſimo viro, & quidem in Opere admirandæ eruditionis, & quale hodie, ut quidam ait, vix ſperare ab ullo mortalium audeamus, ad unum Callimachi verſiculum, ſcilicet 156. Hymni in Delum, ſemel atque iterum pro veritate errorem obtrudere.

Corcuram etiam, ſeu *Cercuram* appellatam quandoque fuiſſe Corcyram nullus dubito cum ob facilem, & ſatis frequentem literularum illarum ad invicem permutationem, tum quod vocem *Cercurus* de genere navis utique Corcyrææ dictam apud Plautum inveniamus, videlicet Mercat. Act. 1. Sc. 1.

Ædificat navim Cercurum, & merces emit:
Ac Stich. Act. 2. Scen. 2.

Dum percontor portitores, ecquæ navis venerit
Ex Aſia: negant veniſſe. Conſpicatus ſum interim
Cercurum, quo ego me majorem non vidiſſe cenſeo:
In portum vento ſecundo velo paſſo pervenit.

Operam perdunt, ni fallor, Plauti Interpretes, qui eam

eam vocem aliunde derivant, quam a Corcyra inſula, ab eximia nauticarum rerum ſcientia in primis commendata; ac multo magis fruſtra ſunt, qui eamdem vocem, tamquam ſuppoſititiam, e Plauti Comœdiis explodunt. Retinenda omnino in Plauto lectio *Cercurus*, cujus originem clarius adhuc indicabit deſinentia Κέρκυρες, qua Veteres pro alia Κερκυραῖοι uſos fuiſſe, teſtatur Scholiaſtes Dionyſii loco mox laudato. Contra vero corrigenda venit cum Samuele Bocharto, ubi ſupra, alia lectio in Heſychii Lexico verbo Σχερίη. Nam ibi habetur, eo nomine primitus indigitatam fuiſſe inſulam Καὶ ἡ κυρὰ. Κέρκυρα reſtituendum, quippe *Corcyræ*, non *tonſionis* Scheria priſcum fuit nomen.

Quoniam montes, in quibus Arca Noæ ſubſtitit, Gordiæi paſſim dicti, *Corcyræi* appellantur ab Alexandro Polyhiſtore apud Euſeb. in Chron. quidam affirmant, eam in hujus inſulæ montibus ſtetiſſe. Miror nominis æquivocationem erroris anſam præbuiſſe, quandoquidem montes illos Armeniæ fuiſſe, & in Armenia magnæ illius navis reliquias aſſervatas diſerte ſcribit ipſemet Polyhiſtor his verbis: Τοῦ δὲ πλοίου τούτου κατακλιθέντος ἐν τῇ Ἀρμενίᾳ μέρος τὶ ἔτι εἶναι λέγεται ἐν τοῖς Κορκυραίοις ὄρεσι τῆς Ἀρμενίας διαμένον. *Hujus autem navigii in Armenia reclinati pars quædam adbuc perdurare dicitur in Corcyræis Armeniæ montibus.* Hujus textus lacunam feliciter implevit Samuel Bochartus Geogr. ſac. par. 1. lib. 1. cap. 2. idemque ejuſdem libri cap. 1. conjicit, idcirco a Poetis Saturni evirationem ſuperius commemoratam Corcyræ inſulæ adſcribi, quod *Corcyra*, vel *Corcyræa* diceretur Gordia-

dia-

diana; in Gordiana autem Noam aliquando degiſſe veriſimile ſit, & inibi a Chamo traductum.

Corcyræ vocabulum vulgari nomini *Corfù* originem dediſſe, paſſim exiſtimatur, cum tamen ſentiendum ſit, hoc ex Græca voce Κορυφὼ, qua medii ævi Scriptores Corcyræam arcem deſignabant, proficiſci. Niceta Choniata Annal. lib. 2. Κερκυραίων ἄκραν, ἣ νῦν ἐπικέκληται Κορυφώ, *Corcyræorum arcem, modo Corypho appellatam*. Quæ nuncupatio quam apte Corcyræ arci ſeu promontorio conveniat, oſtendunt ejuſdem Auctoris verba ex eodem libro: Ἐςὶ δὲ ἡ Κερκυραίων ἄκρα αἰγίλιψ πᾶσα καὶ ἀγχινεφὴς, ἑλικοειδὴς τὴν θέσιν, καὶ ὑψικόρυμβος, προσνενευκῦια εἰς τὸ βάθιςον τῆς θαλάσσης, πέτραι δὲ περιεῤῥώγεισαν αὐτὴν ἀμφίκρημνοι καὶ ἀπότομοι. *Eſt autem Corcyræorum promontorium immenſæ prorſus altitudinis ad nubes uſque, poſitione ſinuoſum, faſtigiatum, in mare profundiſſimum prominens, petriſque utrinque præruptis, & abſciſſis ſeptum*. In Dionyſii Periegetæ Poemate, quod Eduardus Vels ex ſuo ingenio ad faciem hodiernæ Geographicæ diſciplinæ digeſſit, *Corfù* per Κόρφυν effertur eo verſiculo:

Κείνην νυῦ Κόρφυν ναῦται διεφημίξαντο,
Illam nunc Corphun nautæ dixerunt.

Ex nominis ſimilitudine Raphael Volaterranus Geogr. lib. IX. aliique Corcyram *Corſinium* indigitarunt; quod nemo cum Corfinio Pelignorum metropoli confundet.

Antequam Caput concludamus, operæ pretium eſt nonnulla de Corcyra Nigra ſeu Minore adjicere.

Hæc

Digitized by Google

Hæc eoſdem cum Majore parentes, Neptunum nimirum, & Aſopi filiam Corcyram habuiſſe perhibebatur teſte Apollon. Argonautic. lib. IV. ubi etiam cur Nigra dicta fuerit, exponitur his verſibus:

.... Κέρκυραν ἵκοντο,
Ενθα Ποσειδάων Ασώπιδα νάσσατο κούρην
Ηΰκομον Κέρκυραν, ἑκὰς Φλιεντίδος αἴης
Αρπάξας ὑφ᾽ ἔρωτι. μελαινομένην δέ μιν ἄνδρες
Ναυτίλοι ἐκ πόντοιο κελαινῇ πάντοθεν ὕλῃ
Δερκόμενοι, Κέρκυραν ἐπικλείουσι μέλαιναν.

.... Ad Corcyram delati ſunt,
Ubi Neptunus Aſopida habitare fecerat, filiam
Pulcricomam Corcyram, longe a Phliuntide terra
Rapiens ex amore. Nigram vero ipſam viri
Nautæ ex ponto obſcura undique ſylva
Cernentes, Corcyram dixerunt Melænam.

Corcyram Minorem a Majoris incolis conditam fuiſſe, valde veroſimile redditur ex ea nominis, & originis communione. Dum tamen Sam. Bochartus Geogr. Sac. par. poſt. lib. I. cap. XXIII. id ex Strabone colligi aſſeverat, neſcio plane quinam Strabonis locus ob oculos illi fuerit; non ille profecto libri VII. ubi ea, nulla de Corcyræis injecta mentione: Κνιδίων κτίσμα, *Cnidiorum opus* vocatur. Conſonat Straboni Scymnus Chius in Periegeſi:

.... ἥτε λεγομένη
Μέλαινα Κέρκυρ᾽, ἣν Κνίδιοι κατῴκισαν.

.... quæque dicitur
Nigra Corcyra, quam Cnidii condiderunt.

C A-

CAPUT III.

Phæax primus in Corcyra regnaſſe perbibetur. De hujus geſtis altum apud veteres Scriptores ſilentium. Quæ de eo tradit Andreas Marmora prorſus commentitia. Ab eo Phæacia, *&* Phæaces *nomen acceperunt, quod Bochartus ex Arabica voce* Phaich *derivat.* Φαιακὶς *unum ex Homericis Poematibus, a Tuticano Latine redditum, quod perperam ab Jo: Alber. Fabricio cum Poemate* Φωκαΐς *confunditur. Illud Poema ſorte non aliud, quam libri illi Odyſſeæ, ubi, quæ Ulyſſi in Phæacia contigerunt, narrantur. Fœde hallucinantur Scriptores cetera docti, qui vocem* Phæacia *pro recenti obtrudunt. Oaſis* Phæacia *apud Photium nominata, diverſa a noſtra Phæacia. Forte ad illam Homericum Phæacidis Poema ſpectabat.*

PHÆACIS nomen plures ex textibus ſuperius allegatis jam extulerunt. Ex Neptuni, & Corcyræ concubitu procreatum Stephani locus edocuit, ubi ſubditur, exinde gentile nomen *Phæacis* proficiſci, ac loci incolas *Phæaces* appellari. Pariter Diodorus Biblioth. lib. IV. cum ſcripſiſſet a Corcyra Aſopi filia inſulam Corcyram denominatam fuiſſe, mox addit ex ea, & Neptuno genitum Phæacem: Ἀφ' οὗ τοὺς Φαίακας συνέβη τυχεῖν ταύτης τῆς προσηγορίας, *unde Phæacas hac nuncupatione potiri contigit.* Euſta-

thius

thius in Scholiis ad v. Odyſs. Η δὲ κλῆσις τῶν Φαιάκων ἀπό τινος ἐνδόξου Φαίακος. Κέρκυραν γάρ φασι τὴν Ασώπιδα Ποσειδῶν ἀγαγὼν εἰς Σχερίαν, καὶ μιγεὶς, ἴσχει παῖδα Φαίακα, ἐξ οὗ οἱ Φαίακες. *Nomen autem Phæacum ab illuſtri quodam Phæace. Corcyram enim, ut ajunt, Aſopi filiam cum in Scheriam Neptunus duxiſſet, illi copulatus, Phæacem genuit, unde Phæaces.*

De geſtis Phæacis, qui primus in Corcyræ inſula regnaſſe perhibetur, altum apud veteres Scriptores ſilentium. Quæ enim de eo Andreas Marmora in Hiſtoria Corcyrenſi commemorat, illorum Scriptorum teſtimonio vel omnino deſtituuntur, vel palam refelluntur, tamquam prorſus commentitia.

Scribit Marmora certo conſtare, Phæacem juſtiſſimis legibus Corcyram diu gubernaſſe, atque incolis repleviſſe, quos ſive æqui principatus fama pellexerit, ſive Neptuni parentis potentia eo ex aliis inſulis transduxerit. De hoc poſtremo Euſtathium teſtem allegat. At nondum nec apud Euſtathium, nec apud priſcum ullum Auctorem locus aliquis occurrit, qui de diuturnitate, æquitate, potentia principatus a Phæace adminiſtrati nos doceat.

Scribit pariter, Phæace regnante, Jaſonem, atque Argonautas Corcyram attigiſſe, cum tamen Argonauticarum rerum Scriptores illorum appulſum ad Alcinoi tempora referant, ut textus, cum de eo appulſu agetur, citandi apertiſſime comprobabunt.

Demum quæ Plutarchus in vita Theſei ex Philocoro narrat de Nauſitheo, atque Phæace, e Sala-

C mine

mine ad gubernationem navis adſcitis, perperam de Corcyræis principibus dicta autumat; & præterea narrationem ipſam Plutarchi admodum turbat. Cum Phæace Alcibiadem graviter contendiſſe ſcribit idem Plutarchus in vita Alcibiadis. Phæacem, qui facundia ſua mortem, judicum ſententiis dictam, effugit, commemorat Ariſtophanes in Equitibus. Alius Phæax apud Thucydidem lib. v. cum duobus collegis ab Athenienſibus pro legato mittitur in Italiam, atque Siciliam. Demum occurrit mihi Phæax Diodori Hiſtor. lib. xi. qui cloacas quasdam Agrigenti conſtruxit, ea operis excellentia, ut contigerit cloacas ab ipſo *Phæacas* nominari. Numquid hi omnes Phæaces ad Corcyræos pertinebunt? Numquid hi omnes Phæaces Corcyræ imperitarunt? Numquid hi etiam cum Phæace Neptuni filio confundentur?

Quoniam vero nulla ſuppetunt Phæacis geſta, quæ in medium afferantur, locum hic inveniant nonnulla de *Phæaciæ* vocabulo a nobis obſervata, nec, ut putamus, contemnenda.

Sam. Bochartus, more ſuo mirifice ſagax in exſculpendis Geographicorum vocabulorum etymologiis ex linguis Orientalibus, Corcyræos *Phæaces* dictos autumat ex Arabica lingua, qua *Phaich* dicitur, qui vel opibus, vel dignitate, vel virtutibus ſupra alios eminet. Phæacibus id belle congruit, quos propter opulentiam, induſtriam, & comitatem, & reliqua tam animi, quam fortunæ bona, Poetæ pene ad Deorum ſortem evehunt. Ita Vir clariſs. loco ſæpius laudato Geogr. Sac. par. poſt. lib. 1. cap. xxiii.

Quem-

Quemadmodum perpetuum Inſulæ nomen, ut diximus, apud Homerum *Scheria*, ita populi illius incolæ perpetuo ab eodem *Phæaces* indigitantur. Præterea inter Homerica Poemata unum extitiſſe Φαιακὶς, *Phæacis*, inſcriptum, idque in Latinam linguam Tuticanum convertiſſe, diſcimus ex duplici Ovidii epiſtola, ſcilicet XII. & XVI. ex Ponto lib. IV. Namque priori loco Tuticanum alloquens, Ovidius ita inquit:

Dignam Mæoniis Phæacida condere chartis,
Cum te Pierides perdocuere Deæ:

Et poſteriori celebres Poetas recenſens:

Et qui Mæoniam Phæacida vertit.

Hoc Poema unum idemque eſſe cum alio, in libello de vita Homeri commemorato, & *Phocais*, Φωκαὶς inſcripto, ſuſpicatus eſt Jo: Albertus Fabricius in Biblioth. Gr. lib. 2. cap. 2. ubi deperdita Homeri ſcripta enumerans, de Phocaide hæc habet: Φωκαὶς *Herodoto cap.* XVI. *ſive legendum* Φαιακὶς *ex Ovidio* IV. *ex Ponto*. Id numquam in mentem veniſſet clariſſimo Viro ſuſpicari, ſi tradita de Phocaidis Poemate in eo libello (quem plerique Eruditi Herodoto Halicarnaſſeo abjudicant) legiſſet. Ibi ſiquidem narratur, Homerum, cum Phocæam, relicta Cyma, contendiſſet, apud Theſtoridem Ludimagiſtrum commoratum, non minorem illam tantum Iliadem ſcripſiſſe, ſed Phocaidem quoque, ut ipſi Phocæenſes affirmabant, quam poſtea, atque alia omnia Poemata ſibi ab Homero communicata Theſtorides, ex Phocæa Chium petens, pro ſuis evulgavit. Quam lon-

Digitized by Google

ge a Corcyra inſula abeſt Æolidis ora, in qua Aſiatica Phocis ſita erat, tantum a veritate diſtare Fabricii conjecturam, probant narrationis illius verba, palam teſtantia, Phocaidem ab Homero in Phocide conſcriptam, non quidem Phæacum, ſed Phocæenſium res complexam fuiſſe. Multo pronius fuiſſet Fabricio ſuſpicari, pro *Phæacida* legendum apud Ovidium *Phocæada*, quam apud Herodotum Φαιακίς pro Φωκαΐς.

Nolim tamen certo definire, Phæacidos Poema aliud quidpiam fuiſſe, quam partem illam Odyſſeæ, ubi, quæ Ulyſſi in Phæacia contigerunt, narrantur. Animo ſcilicet recurrit, quod tradit Euſtathius in Commentar. ad Iliad. 1. de Homeri Poeſi in plures partes diviſa, diverſa argumenta complexas, unde hæ nomen ſuum dein traxere. Pariter Ælianus Var. Hiſtor. lib. xiii. cap. xiv. prodit, Veteres Homeri Poemata, in certas olim partes diſtributa, ceciniſſe, ibique earum partium nomina ſubjicit; quo in catalogo ad Phæaciam ſpectantia ita deſignantur: *Alcinoi Apologi*. Alium hujuſce generis catalogum paulo diverſum, quam ab Æliano recitatus eſt, affert Leo Allatius De Patria Homeri cap. v. ubi non unum, ſed tres titulos notat ad Phæaciam pertinentes, ſcilicet, *Ulyſſis profectio ad Phæacas*, *Ulyſſis acceſſus ad Alcinoum*, *Eorum, quæ Ulyſſi apud Alcinoum contigerunt*, *προδιήγησις*, *prænarratio*. Fuit igitur forte Phæacis Homerica, a Tuticano Latine verſa, una ex illis partibus, in quas Homericum Poema diſſectum ſub diverſis nominibus diviſim recitabatur, ea ipſa,

quæ

quæ amplum inferius pluribus Capitibus argumentum præſtabit. Quæ tamen diſſectio (ut hoc etiam notem) Homericorum Poematum ſimplicitati, atque unitati haudquaquam oberat. Nam omnes hæ partes ad unum quid reducebantur, ſcilicet in Iliade ad iram Achillis in Agamemnonem, in Odyſſea ad Ulyſſis reditum in Ithacam; contra quam, teſte Ariſtotele in libro de Poetica, duobus aliis Poematibus, nimirum *Carmina Cypria*, & *Ilias parva*, accidebat, in quibus partes nimis multæ, eæque parum inter ſe connexæ continebantur.

Fœdius adhuc in hujus vocis *Phæacia* interpretatione hallucinatum reperio Latinum Interpretem Notitiæ Græcorum Epiſcopatuum, Imperatori Andronico Palæologo Seniori tributæ. Nam ubi legitur Κέρκυρα ἢ Φαιακία, poſtremum hoc vocabulum pro recenti habuit, perinde ac ſi quæ antiquitus *Corcyra* vocabatur, multo poſtea, temporibus nimirum Andronici illius Imperatoris, *Phæacia* vulgo vocitaretur. Ita enim ea verba interpretatur: *Corcyra, nunc Phæacia*. Additamentum illius verbuli *nunc* nec Græcus textus requirit, nec patitur res ipſa; quippe *Phæacia* vetuſtum admodum Corcyræ nomen, quo illius Notitiæ auctor eam a Corcyra Minori diſtinctam voluit. Hoc eodem errore in aliarum etiam vocum interpretationibus lapſus eſt prædictus Interpres, vetera vocabula pro novis obtrudens, quod ubique *nunc* de ſuo addiderit. Appoſuit Notitiæ auctor verbulum illud, quotieſcumque veteri urbis nomini vulgare adjunxit, & recens. Interpres vero abſque

ullo

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ullo diſcrimine nuſquam verbulum illud non inſeruit. Mirandum valde tam grave ſphalma minime advertiſſe doctiſſimum Virum Jacobum Goarum, etſi Notitiam illam ad calcem Georgii Codini Curopalatæ, ac alias plures ejuſce generis, non quales Junius Gretſerus, & Carolus a S. Paulo ediderant, ſed ſuo labore locupletatas ac defæcatas evulgare profiteatur. Emmanuel Schelſtratius Tom. 2. Antiquit. in Append. ad Opus Geographico-Hierarchicum Expoſitionem Andronici itidem evulgans, ibidem in marginalibus quibuſdam Notis Goari diligentiam ſuperare ſibi viſus eſt, quod Græcum textum cum Latina interpretatione accuratius quam ille comparaverit. At ea diligentior collatio minime eum vitioſi illius additamenri admonuit; quin ipſum pro legitimo habens, in Indice Operis ita notavit: *Corcyra, poſtea Phæacia*. Falſæ huic interpretationi explodendæ, ſi cetera teſtimonia haud ſuppeterent, ſatis eſſet Suidas in Lexico, apud quem verbo Κέρκυρα hæc habentur: Κέρκυρα, ἡ νῆσος τὰ νῦν λεγομένη, Φαιακία πρότερον ἐκαλεῖτο, χώρα τῶν Φαιάκων, *Corcyra inſula nunc dicta, Phæacia prius vocabatur, regio Phæacum.*

Prædictæ Expoſitionis Editores in errorem illum induxit, quæ ad eam legitur, hujuſcemodi epigraphe: Ὅσαι τῶν πόλεων μετωνομάσθησαν εἰς ὕστερον, *Quæ urbes nomen ultimo mutaverunt;* unde pronum fuit illis exiſtimare, omnes urbes in eo cenſu relatas veteri primum, dein novo nomine deſignari, quamvis frequens in Græco textu verbuli *nunc* omiſſio,

ſio, & res ipſa opinationi illi palam refragentur. Anonymi catalogum Græcum urbium, quæ nomen mutarunt, paulo diverſum a memorato, exhibuit Anſelmus Bandurius in Notis ad Conſtantinum Porphyrogenitum e Codice recenti MS. Baluziano. Ibi quoque legitur Κέρκυρα ἡ Φαιακία, *Corcyra Phæacia*. Alium Leo Allatius in Notis ad Cap. XXIV. Georgii Acropolitæ, atque inde Joannes Hudſonus in Append. Tom. IV. Geograph. Græcor. Minorum. At a nemine obſervatum video, in iis catalogis quaſdam urbes referri cum ſola veterum nominum appoſitione. Catalogum, cui omnino conveniat allata epigraphe, non alium invenio, quam editum ad calcem libri I. Conſtantini Porphyrog. de Thematibus, cum nulla urbs in eo recenſeatur, quin ejus nomina, vetus primum, deinde novum exprimantur.

Demum cenſoriam animadverſionem meretur notula ab Joſua Barneſio in Cantabrigienſi Homeri Editione ad verbum Σχερίη, quod legitur initio libri VI. appoſita his verbis: *Scheria, quæ poſt Phæacia, nonnullis Corcyra, Herodoro Oaſis, ut Photius Biblioth.* Oaſis, quam Olympiodorus in Photii Biblioth. num. LXXX. ab Herodoro *Phæacidem* nominatam ſcribit, ad Ægyptum ſpectat, ut ex ipſius Olympiodori verbis ibi relatis certo certius conſtat, ac propterea nihil illi cum Corcyra noſtra commune. Unde bene adnotatum in margine ad illum Photii locum: *Alia eſt Homeri* Φαιακία, *quæ ceteris Corcyra dicitur*.

Ne

Ne quid diſſimulem, gravis mihi ſuboritur ſu-ſpicio, ne Homericum Phæacidis Poema, de quo ſupra, potius ad Phæacidem hanc Ægyptiam, quam ad noſtram pertineat. Siquidem nobiliſſimis urbibus ambitioſa contentione Homerum ſibi civem exoptantibus, eum potiori jure ex multorum Veterum auctoritate adſciſcere ſibi videntur Thebæ Ægyptiæ, Oaſi illi vicinæ. Hanc propterea valde veroſimile ſit, dignam curis ſuis Poetam reputaſſe, cetera ob aeris temperiem, ſoli ubertatem, aliaque hujuſmodi bona, unde priſci Scriptores eam commendant, beatorumque inſulam vocat Herodotus in Thalia, digniſſimum Homerici carminis argumentum. Si vero præeunte Leone Allatio in Libello de Patria Homeri, hunc Ægyptium ortu fuiſſe, negare libeat, non ideo prædicta ſuſpicio omnis evaneſcet. Negari ſiquidem nequit, Homerum, quemadmodum & plures Græciæ Sapientes, ad Ægyptios commeaſſe, multaque ex eis delegiſſe arcana, ſecretioriſque doctrinæ myſteria hauſiſſe, ut adnotavit Diodorus Biblioth. lib. 1. ac alii multi, utque in laudato Opuſculo Allatius ipſe fatetur. Phæacia autem noſtra neque ortu, neque hoſpitio Homeri gloriari valet.

CA-

CAPUT IV.

Nauſithous Corcyræ princeps, Neptuni, & Periboeæ filius: Ex Homero, Phæacas ex Hyperea in Scheriam deduxit; ibique ſuaviſſimam vivendi rationem civibus ſuis paravit, ex Plutarcho. Phæaces a pluribus Scriptoribus indigenæ dicti. Hyllus, ex Herculis cum Melite concubitu in Phæacia procreatus, aliquando apud Nauſithoum habitavit, cujus poſtea faſtum averſatus, cum quibuſdam Phæacibus ſecum ductis ad mare Saturnium conſedit, ibique extinctus eſt. Hyllum regem nuſpiam legi, falſo aſſerit Jacobus Gronovius. Prædictæ puellæ nomen Philippo Cluverio anſam præbuit exiſtimandi, antiquiſſimam Phæacum ſedem Melitam inſulam fuiſſe, vulgo Malta. *Id ipſum arguit ex Melitejo monte in Phæacum regione commemorato. Varia de Hypereæ ſitu Veterum opinamenta. Mirum, Phæacas ab eodem Cluverio Gigantum familiæ adſcribi. Phæaciæ Hypereæ meminit Stephanus de Urbibus. Apud hunc* Argos *nomine donatur Corcyra, nec apud eum tantum, ut ſcribit Abrahamus Berchelius, ſed etiam apud Euſtathium Scholiaſtam. Neptuni adverſus Phæacas minæ.*

NAUSITHOI genealogiam, ejuſque principatum nobis exhibent Homerici verſus Odyſs. VII.

Ναυσίθοον μὲν πρῶτα Ποσειδάων ἐνοσίχθων
Γείνατο, καὶ Περίβοια, γυναικῶν εἶδος ἀρίστη,

Digitized by Google

Ὁπλοτάτη θυγάτηρ μεγαλήτορος Εὐρυμέδοντος,
Ὃς ποθ' ὑπερθύμοισι Γιγάντεσσιν βασίλευεν.
Ἀλλ' ὁ μὲν ὤλεσε λαὸν ἀτάσθαλον, ὤλετο δ' αὐτός.
Τῇ δὲ Ποσειδάων ἐμίγη, καὶ ἐγείνατο παῖδα,
Ναυσίθοον μεγάθυμον, ὃς ἐν Φαίηξιν ἄνασσε.
Nauſithoum quidem primum Neptunus, terræ quaſſator,
Genuit, & Peribœa, mulierum forma pulcherrima,
Minima natu filia magnanimi Eurymedontis,
Qui olim ſuperbis Gigantibus imperitavit.
Verum hic quidem perdidit populum impiũ, periit & ipſe.
Aſt cum illa Neptunus congreſſus eſt, & genuit filium,
Nauſithoum magnanimum, qui Phæacas rexit.

Hinc patet longius ab Homero diſcedere, qui Nauſithoum hunc Phæacis filium faciunt, ſeu qui eum cum Nauſithoo illo confundunt, quem, teſte Heſiodo in fine τῆς Θεογονίας, Calypſo Ulyſſi peperit.

Diſcimus ex eodem Homero, Nauſithoum ex ſpatioſa Hyperea Phæacas in Scheriam deduxiſſe, eos ibi convocaſſe, ac ſtatuiſſe, mœnibus, templis, ædibus ædificatis, agriſque diviſis. Hæc enim initio lib. VI. Odyſs. leguntur.

Οἳ πρὶν μέν ποτ' ἔναιον ἐν εὐρυχόρῳ Ὑπερείῃ,
Ἀγχοῦ Κυκλώπων, ἀνδρῶν ὑπερηνορεόντων,
Οἵ σφεας σινέσκοντο, βίηφι δὲ φέρτεροι ἦσαν.
Ἔνθεν ἀναστήσας ἄγε Ναυσίθοος θεοειδής,
Εἷσεν δ' ἐν Σχερίῃ ἑκὰς ἀνδρῶν ἀλφηστάων.
Ἀμφὶ δὲ τεῖχος ἔλασσε πόλει, καὶ ἐδείματο οἴκους,
Καὶ νηοὺς ποίησε θεῶν, καὶ ἐδάσσατ' ἀρούρας.
Qui (Phæaces) antea quidem habitabant in ſpatioſa Hyperea

Prope

Prope Cyclopas, viros ſuperbientes,
Qui ipſos prædabantur; viribus enim potiores erant.
Hinc migrare cogens deduxit Nauſithous Deo ſimilis,
Collocavitque in Scheria procul ab hominibus ingenioſis:
Circum vero murum duxit civitati, ædificavit & domos,
Etiam templa fecit Deorum, & diviſit agros.

Hunc Homeri locum ob oculos habuit Plutarchus in libello de Exilio prope medium. Ubi de pura, & tranquilla quiete inſulari agens, a qua nimirum abſunt ſeditiones, mandata principum, miniſteria publica, & officia difficulter excuſanda, ſubdenſque nihil loci amplitudinem ad moleſtiæ vacuitatem conferre, Nauſithoum in exemplum adducit, qui amplam ſpatiis Hypeream deſerens, quod vicini ei eſſent Cyclopes, in inſulam commigravit, procul a reliquis mortalibus remotam, & ſolam in ponto conſiſtentem, evitatiſque aliorum hominum commerciis, τὸν ἥδιςον παρεσκεύασε βίον τοῖς ἑαυτοῦ πολίταις, *ſuaviſſimam civibus ſuis vivendi rationem paravit.*

Nihil tamen de ea tranſmigratione reſciviſſe videntur Scriptores ii, quibus Phæaces, ut pote a Phæace Neptuni filio progeniti, αὐτόχθονες, *indigenæ*, ideſt ex ipſa terra, quam incolebant, exorti dicuntur. Ita Conon Narratione tertia apud Photium: Η παρὰ τὸν Ιώνιον πόντον Σχερία νῆσος ἐχ' ἑκὰς ἔσα τῆς ἠπείρε, κ᾽ τῶν Κεραυνιῶν ὀρῶν λέγεται. Αὕτη Φαίακας ἔσχεν οἰκήτορας, τὸ πρότερον αὐτόχθονας, ἔθνος λαχὸν τὴν ἐπωνυμίαν ἀπό τινος τῶν ἐπιχωρίων Βασιλέων. *Ad Jonium mare Scheria inſula non procul ab Epiro, & Cerauniis montibus ſita dicitur: Hæc Phæacas incolas tenuit,*

nuit, qui initio quidem indigenæ fuerunt, nomen nacti a quodam ejus regionis rege. Pariter Apollonius Argonaut. IV. loco mox afferendo Phæacas αὐτόχθονα λαὸν, *indigenam populum* appellavit.

Perquirendum hic venit, ubinam locorum ſita fuerit Hyperea. Cui indagationi quoniam maxime conferunt, quæ de Hyllo Hyllenſium in Illyrio rege, Corcyræ, dum ibi Nauſithous imperaret, ab Hercule & Melita procreato, narrat Apollonius Argonautic. IV. juvat ea præmittere; unde etiam diſcimus, Phæacas ab Hyllo, annuente Nauſithoo rege, congregatos, Hyllenſium regnum condidiſſe. Ita verò Apollonius:

Οὐ μὲν ἔτι ζώοντα καταυτόθι τέτμον ἄνακτα
Ὕλλον, ὃν εὐειδὴς Μελίτη τέκεν Ἡρακλῆϊ
Δήμῳ Φαιήκων. ὁ γὰρ οἰκία Ναυσιθόοιο
Μάκριν τ' εἰσαφίκανε, Διωνύσοιο τιθήνην,
Νιψόμενος παίδων ὀλόον φόνον. ἔνθ' ὅγε κούρην
Αἰγαίε ἐδάμασσεν ἐρασσάμενος ποταμοῖο,
Νηϊάδα Μελίτην. ἡ δὲ σθεναρὸν τέκεν Ὕλλον
Δήμῳ Φαιήκων. ὁ μὲν οἰκία Ναυσιθόοιο
Τυτθὸς ἐὼν ποτ' ἔναιεν, ἀτὰρ λίπε νῆσον ἔπειτα.
Οὐ γὰρ ὅγ' ἡβήσας αὐτῇ ἐνεέλδετο νήσῳ
Ναίειν, κοιρανέοντος ἐπ' ὀφρύσι Ναυσιθόοιο.
Βῆ δ' ἅλαδε Κρονίην, αὐτόχθονα λαὸν ἀγείρας
Φαιήκων. σὺν γάρ οἱ ἄναξ πόρσυνε κέλευθον
Ἥρως Ναυσίθοος, τόθι δ' εἵσατο· καί μιν ἔπεφνον
Μέντορες ἀγραύλοισιν ἀλεξόμενον περὶ βουσίν.

Nec tamen amplius viventem ibi invenerunt regem Hyllum, quem formoſa Melite peperit Herculi

Popu-

Populo Phæacum. Hic enim ædes Nauſithoi,
Macrinque attigit, Dionyſii nutricem,
Luſtraturus liberorum miſerabilem cædem. Ubi ille filiam
Ægæi violavit amans fluvii,
Naidem Meliten, quæ potentem peperit Hyllum
Populo Phæacum; qui in ædibus Nauſithoi,
Infans cum eſſet, habitavit, at inſulam poſtea reliquit.
Neque enim ille adultus ipſa voluit in inſula
Habitare, dominantis ob faſtum Nauſithoi.
Profectus autem eſt ad mare Saturnium, collecto ejuſdem terræ populo
Phæacum. Simul enim Rex ei inſtructum reddidit iter
Heros Nauſithous, atque ibi quidem ſtatuit: ipſum autem poſtea occiderunt
Mentores, agreſtibus dimicantem pro bobus.

Hic Apollonii locus ſi Jacobo Gronovio innotuiſſet, nequaquam in Theſauro Græc. Antiq. Vol. 1. ad Hylli gemmam ita pronunciaſſet: *id notabile, quod caput id cingatur diademate, quum Hyllus rex legatur nuſpiam.* Legitur enim Hyllus rex in Apollonio. Qui ſi Gronovium latuit, eum certe latere non debuit Hyllus Heraclida, regibus & ipſe accenſitus, ab Apollodoro, Herodoto, Diodoro, Strabone, aliiſque commemoratus.

Quomodo vero hæc Apollonii narratio inveſtigandæ antiquiſſimæ Phæacum ſedi inſerviat, oſtendit Philippus Cluverius Sic. Ant. lib. 2. cap. XVI. ubi non aliam eam fuiſſe contendit, quam Melitam inſulam, *Malta* vulgo dictam. Cluverii autem hæc ſunt verba: *Homerus igitur, loco ſupra præſcripto, Nauſithoum tradit Phæa-*

Phæacas, quum a vicinis Cyclopibus premerentur, in Scheriam, ideſt in Macrin, ſive Corcyram deduxiſſe. Eam Phæacum prope Cyclopas ſedem nonnulli Homeri interpretes tradiderunt fuiſſe inſulam prope Siciliam, Cyclopum terram. Apollonius vero ait, apud Phæacas in Macri inſula filiam Ægæi fluvii fuiſſe Melitam, ex qua Hercules procreavit Hyllum, Hyllenſium in Illyrico regem: qui ſub Nauſithoo in eadem inſula educatus fuit. Id puellæ nomen, ſive verum fuerit, ſive a Poetis confictum, certe ex antiquiſſimis hiſtoriarum deſumptum eſt monimentis, in quibus ſcriptum fuit, Phæacas Corcyræ incolas ex Melita primum inſula profectos fuiſſe. Melita autem quum Camarinenſi littori eſſet objecta, alii Homeri interpretes ipſam Camarinam urbem Phæacum fuiſſe ſedem per errorem opinati ſunt.

Homeri interpretes varie de Hypereæ ſitu ſenſiſſe, fidem faciunt Didymi verba in Scholiis ad Odyſſeæ verſus ultimo loco allatos: Οἱ *μὲν* (inquit) τὴν ἐν Σικελίᾳ Καμάριναν, οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ, ὑπὲρ τὴν ἡμῖν γινωσκομένην, ἄλλοι δὲ, ὅτι ἦν νῆσος πρότερον πλησίον τῆς τῶν Κυκλώπων χώρας. *Alii eam* (Hypeream) *dicunt eſſe Siciliæ urbem, quæ poſtmodum Camarina dicta: alii confictum ſic vocabulum volunt ab eo, quod ultra nobis cognitam terram ſitus ſit locus: alii inſulam, Cyclopum terræ primitus vicinam.* Primam, & poſtremam ſententiam refert etiam Euſtathius Scholiaſtes, mediam vero prætermittit.

Novum ſententiæ ſuæ momentum deſumit Cluverius, ex eo quod idem Apollonius pariter lib. IV. Melitejum montem in Phæacum regione commemoret,

ret, in quo Ægæi fluvii filias egiſſe tradit. Ad quæ ita Scholiaſtes: Ορος Κερκύρας Μελίτειον, *Mons Corcyræ Melitejus*. Et hinc Favorinus in Lex. Μελίτειον, ὄρος Κερκύρας. Nec ambigendum ducit Vir Clariſs. Phæacas, ſive Hylleſes Melitam inſulam in Adriatico ſinu, Illyrico, ubi eorum regnum, objectam, a prioribus gentis ſuæ ſedibus ita denominaſſe.

Quoniam vero Homerus Odyſs. lib. IX. aſſerit, Cyclopas navibus caruiſſe, unde Euſtathius loco mox citato colligit, ab Homero diſſentire, quotquot Hyperiam inſulam faciunt: πῶς γὰρ ἂν (ait ipſe) νησιῶται ὄντες οἱ ἐν αὐτῇ ὑπὸ Κυκλώπων ἐβλάπτοντο, οἷς νῆες οὐκ ἂν ἦσαν κατὰ τὴν Ομηρικὴν ἱστορίαν; *qua enim ratione Cyclopes, quibus juxta Homericam hiſtoriam naves non aderant, inſulanis infeſti eſſe potuiſſent?* Cluverius objectum diſſolvit, aſſerens Homerum veris hiſtoriis multa adfinxiſſe fabuloſa; quod Scholiaſtæ ejus, tum Strabo paſſim fatentur. Fabuloſis autem accenſet, Nauſithoum cum Phæacibus ſuis ex Hyperea pulſum fuiſſe a Cyclopibus, quos jam tum in Sicilia fuiſſe nullos ſupra lib. I. cap. 2. docuerat.

Hæc omnia accuratiſſime, quantum in maxima rerum obſcuritate licet, more ſuo Vir præſtantiſſimus. Cum quibus minime video quomodo cohæreant, quæ ipſe de Phæacibus tradiderat ejuſdem Operis lib. I. cap. 2. ita ſcribens: *Univerſa igitur inſula* (*Sicilia*) *quondam genus tulit Gigantum: qui in diverſos populos, ſive familiarum corpora fuere diviſi; ex quibus memorantur antiquis Scriptoribus Cyclopes ſupradicti, atque Phæaces.* Adeo a Gigantum familia, ab eorum inſtitu-

ſtitutis, ingenio, & moribus aberant Phæaces, ut ex hac ipſa diſſimilitudine, quemadmodum gens impia Gigantum θεομάχοι, *Diis infenſi* dicebantur, ita Phæacas ἀγχιθέυς ſemel atque iterum vocaverit Homerus Odyſs. lib. v. & lib. xix. quam vocem Heſychius in Lexico poſt veteres Scholiaſtas interpretatur: ἐυδαίμονας καὶ ἰσοθέυς, *beatos, & Diis æquales*. Eademque diſſimilitudo comparationem illam peperit, qua Odyſs. vii. ita Diis proximi dicuntur Phæaces, quemadmodum ſibi invicem prope ſunt Cyclopes, atque Gigantes:

...... ἐπεί σφισιν [θεοῖς] ἐγγύθεν εἰμὲν,
Ὥσπερ Κύκλωπές τε, καὶ ἄγρια Φῦλα Γιγάντων.
...... *quoniam ipſis proximi ſumus,*
Veluti Cyclopes, & ferum genus Gigantum.

inquit Alcinous de Phæacibus ſuis. Quam comparationem Didymus ad hunc locum, & Euſtathius ad v. Odyſs. tali ratione interpretantur: Ὡς εἰσιν ἀλλήλων ἐγγὺς Κύκλωπές τε, καὶ Γίγαντες, ἤτοι κατὰ γένος, ἢ κατὰ τόπον, ἢ κατὰ ἀδικίαν, ὕτως καὶ ἡμεῖς θεοῖς πλησίον κατὰ δικαιοσιώνη. *Quemadmodum ſibi invicem prope ſunt Cyclopes, atque Gigantes, ſive genere, ſive loco, ſive nequitia, ita & nos Deos contingimus juſtitia.* Hæc Didymus, & paria ferme habet Euſtathius; qui præterea illius comparationis rationem ex adducto in medium exemplo clarius adhuc explicat ad Odyſs. vii. eam ita intelligendam ſcribens: Ὡς εἴ τις εἴποι, τόσον εἶναι Σωκράτην ἐγγύθι τῷ Πλάτωνι κατ᾽ ἀρετὴν, ὅσον Ανυτος καὶ Μέλιτος ἀλλήλοις κατὰ κακίαν, *Veluti ſi quis diceret, Socratem ita virtute Platoni proximum, quemadmodum Anytus, & Melitus ſibi invicem pravitate.* Inſuper

Clu-

Cluverii aſſertionem apertiſſime refellunt Homerici verſus paulo ante laudati, ubi Phæaces a Nauſithoo ex Hyperea in Scheriam deducti dicuntur, quod iis infeſti eſſent ſuperbi Cyclopes; quos verſus adeo Cluverius non ignoravit, ut integros ſemel, iterum, ac tertio Græce, ac Latine in eo Opere exſcripſerit, & iis, quæcumque de Hyperea tradit, ſuperſtruxerit. Huc etiam trahi poſſunt alii Homeri verſus, itidem ſuperius recitati, ubi Eurymedon, Nauſithoi avus, Gigantum domitor appellatur. Demum cum Apollonii Scholiaſtes ad illud Argonaut. IV.

. . . . ὡς δὲ καὶ αὐτοὶ

Αἵματος οὐρανίοιο γένος Φαίηκες ἔασι.

. . . . *ſicque & ipſi*

Sanguinis cæleſtis genus Phæaces ſunt.

prodat, Acuſilaum, & cum Acuſilao Alcæum ſcribere, e guttis, ex famigerata illa Cœli exſectione in terram delapſis, Phæacas procreatos fuiſſe, alios vero teſtari, non Phæacas, ſed Gigantes inde ortum ſuum habuiſſe; in promptu eſt deducere, Phæacas noſtros alios omnino habendos a Gigantibus.

Non omittimus adnotare, Phæaciæ Hypereæ meminiſſe Stephanum de Urbibus, apud quem in voce Ἄργος, poſt enumerata decem loca ita nuncupata, undecimum recenſetur: Η Φαιάκων Ὑπέρεια, *Phæacum Hyperea*; pariter Heſychium his verbis: Ὑπέρεια ἡ τῶν Φαιάκων πόλις, *Hyperea Phæacum urbs*. Ex quo Stephani loco innoteſcit, *Argos* etiam nomine donatam fuiſſe Corcyram. Qui Stephanum integro, & eximio commentario illuſtravit, Abrahamus Berchelius, dum

aſſerit, non alios veteres Scriptores præter Stephanum hoc Argos nominaſſe, fallitur utique. Nam illud nominatum mihi occurrit ab Euſtathio Dionyſii Scholiaſta, non quidem in eo Scholio, ubi undecim hac appellatione ſeu urbes, ſeu loca deſignata fuiſſe tradens, poſtquam binas recenſuit, Theſſalicam nimirum, & Amphilochicam, de ceteris ſiluit, quodque unice præ oculis habuit Berchelius: ſed in alio Scholio ad verſ. 494. ubi ita legitur: Κέρκυρα, ἡ καὶ Φαιακία καλουμένη, καὶ Σχερία, καὶ Δρέπανον, καὶ Ἄργος, *Corcyra, & Phæacia dicta, & Scheria, & Drepanon, & Argos*.

Huic Capiti, & Nauſithoi geſtis coronidem imponant Neptuni adverſus Phæacas minæ, de quibus Alcinous Odyſs. VIII.

Ἀλλὰ τάδ' ὥς ποτε πατρὸς ἐγὼν εἰπόντος ἄκουσα
Ναυσιθόου, ὃς ἔφασκε Ποσειδάων' ἀγάσασθαι
Ἡμῖν, οὕνεκα πομποὶ ἀπήμονες εἰμὲν ἁπάντων.
Φῆ ποτε Φαιήκων ἀνδρῶν εὐεργέα νῆα,
Ἐκ πομπῆς ἀνιοῦσαν, ἐν ἠεροειδέϊ πόντῳ
Ῥαισέμεναι, μέγα δ' ἧμιν ὄρος πόλει ἀμφικαλύψειν.
Verum hæc ita quondam ego patrem dicentem audivi
Nauſithoum, qui narrabat Neptunum ſuccenſere
Nobis, quod ductores illæſi ſumus omnium.
Dicebat aliquando Phæacum virorum bene compactam navem,
Ex deductione redeuntem, in obſcuro ponto
Perditurum eſſe (Neptunum) ingentemque nobis montem urbi circumducturum.

De hiſce minis, & de earum cauſa, & effectu redibit ſermo.

CA-

CAPUT V.

Rhexenor, & Alcinous filii Nauſithoi. Areta filia Rhexenoris, ſponſa Alcinoi. Locrus, alius Nauſithoi filius ex Conone apud Photium, Homero, aliiſque innominatus, cum Alcinoo diſſidens in Italiam adnavigavit, ubi a Latino rege hoſpitio exceptus, Laurinam hujus filiam in uxorem duxit. Ab Hercule interemptus, regioni nomen ſuum impoſuit. Nummus Corcyræos, & Metapontinos conjungens, Cononis narrationem confirmat. Argonautæ ad Corcyram appellunt. Colchi ad Medeam repetendam eos ſubſecuti Alcinoi judicio repelluntur, nec amplius Corcyram deſerunt. De loco nuptiarum Medeæ variant veteres ſcriptores. Prædictum Alcinoi judicium Aretæ a nonnullis tribuitur. Plura Jac. Gronovii dicta caſtigantur. Jaſonis ad Corcyram adnavigatio in Naupactiis Carminibus commemorata.

RECITATOS ſuperius de Nauſithoi genealogia Homericos verſus ex VII. Odyſs. alii conſequuntur, qui illius filios Rhexenora, & Alcinoum, hujuſque cum Areta fratris filia nuptias nobis commonſtrant. Sunt autem hujuſmodi:

Ναυσίθοος δ' ἔτεκε Ῥηξήνορά τ', Ἀλκίνοόν τε.
Τὸν μὲν ἄκουρον ἐόντα βάλ' ἀργυρότοξος Ἀπόλλων,
Νυμφίον ἐν μεγάρῳ, μίαν οἴην παῖδα λιπόντα
Ἀρήτην· τὴν δ' Ἀλκίνοος ποιήσατ' ἄκοιτιν.

Nauſithous vero genuit Rhexenoremque, Alcinoumque.
Illum quidem, virili prole carentem, percuſſit decorus arcu Apollo,
Sponſum in regia, unica ſolâ filiâ relictâ:
Areta: hanc Alcinous duxit uxorem.

Cononis Opuſculum, continens Narrationes quinquaginta e variis Veterum ſcriptis collectas, alium exhibet Alcinoi fratrem, Homero, ejuſque Scholiaſtis, aliiſque veteribus Scriptoribus prorſus innominatum, videlicet Locrum, & de hoc plura habet, non aliunde cognita, in Narratione tertia, quam ex Photii Bibliotheca numero Centeſimo Octuageſimo Sexto juvat exſcribere: Φαίακος δὲ [τοῦ] τῆς νήσου [Κορκύρας] βασιλεύοντος, τελευτήσαντος, οἱ υἱεῖς Αλκίνους, καὶ Λοκρὸς στασιάσαντες, συνέβησαν πάλιν, ἐφ᾽ ᾧ βασιλεύειν Αλκίνουν μὲν τῆς Φαιακίδος, Λοκρὸν δὲ κειμήλια καὶ μοῖραν λαβόντα τοῦ ἔθνους, ἀποικίσεσθαι τῆς χώρας. Ος καὶ ἐπὶ Ιταλίας πλεύσας, ξενίζεται παρὰ Λατίνῳ, Ιταλῶν βασιλεῖ, δόντι πρὸς γάμον καὶ τὴν θυγατέρα Λαυρίνην. Διὰ ταῦτα ὡς συγγενεῖς, Φαίακες Λοκροὺς τοὺς ἐν Ιταλίᾳ προσεποιοῦντο. Ο δὲ Ηρακλεῖς κατ᾽ ἐκεῖνο καιροῦ τὰς τοῦ Γηρυόνου περικαλλεῖς ὅσαι βόες ἦσαν ἐξ Ερυθίας ἐλαύνων, εἰς Ιταλίαν ἀφικνεῖται; καὶ ξενίζεται φιλοφρόνως παρὰ τῷ Λοκρῷ. Ο δὲ Λατῖνος πρὸς τὴν θυγατέρα ἐλθών, καὶ τὰς βοῦς ἰδὼν ἠράσθη τε καὶ ἤλαυνεν. Οπερ ἀναμαθὼν Ηρακλεῖς, ἐκεῖνον τόξῳ βαλών, ἀνεῖλε, τὰς δὲ βοῦς ἀνεκόμισε. Λοκρὸς δὲ δεδιὼς περὶ Ηρακλεῖ, μή τι δεινὸν ὑπὸ Λατίνου πάθῃ (ἦν γὰρ Λατῖνος σώματι γενναῖος καὶ ψυχῇ.) ἐξελαύνει ἐπὶ βοηθείᾳ τοῦ ξενιωθέντος, ἀμειψάμενος καὶ στολήν. Ηρακλεῖς δ᾽ ἰδὼν αὐτὸν θέοντα, καὶ νομίσας τινὰ εἶναι

ἄλλον,

Digitized by Google

ἄλλον, πρὸς ἐπικουρίαν σπεύδοντα Λατίνου, βαλὼν ἄτρακτον κτείνει. Ὕστερον δὲ μαθὼν, ἀπωλοφύρατο μὲν, καὶ τὰ ὅσια αὐτῷ ἐπετέλεσε. Καὶ μεταστὰς δ' ἐξ ἀνθρώπων, ἔχρησε, φάσματι φανεὶς τῷ λαῷ, πόλιν οἰκίζειν ἐπ' Ἰταλίας, ἐν ᾧ ἦν τὸ σῆμα τοῦ Λοκροῦ. Καὶ διαμένει τῇ πόλει τοὔνομα τιμώσῃ τῇ κλήσει τὸν Λοκρόν. *Phæace autem inſulæ [Corcyræ] rege mortuo, liberi ejus Alcinous, & Locrus inter ſe diſſidentes, ita tandem convenerunt, ut Alcinous quidem Phæacidi imperaret, Locrus vero pretioſas opes mobiles, partemque populi auferens, regione excederet. In Italiam igitur hic adnavigans, a Latino Italorum rege hoſpitio acceptus eſt, qui filiam quoque ſuam Laurinam eidem nuptui dedit: qua etiam ex cauſa Phæaces Italicos hoſce Locrenſes in cognatos adſciverunt. Accidit deinde, ut Hercules eadem tempeſtate Geryonis boves, quotquot erant pulcherrimæ, ex Erythia abigens, in Italiam adveniret, atque a Locro humaniter hoſpitio exciperetur. Has itaque Latinus boves cum, filiam inviſens, forte aſpexiſſet, cupiditate ductus, & ipſe abegit. Qua re cognita, Hercules telo ipſum trajectum occidit, boveſque recepit. Locrus ibi Herculi metuens, ne quid gravius forſitan a Latino pateretur (qui excellente erat & animo, & corpore) mutata veſte, in hoſpitis auxilium egreſſus eſt. Hercules vero currentem ipſum intuitus, aliumque eſſe ratus, qui ſubſidium ferre Latino maturaret, miſſo jaculo, interimit. Ubi tamen poſtea rem cognovit, amicum luxit, ac juſta illi perſolvit; vitaque cum deceſſiſſet, populo apparens, urbem in Italia condere eodem loco juſſit, ubi Locri ſepulchrum fuit. Hinc nomen urbi manet, quæ vel ipſo ſui nominis vocabulo Locrum honorat.*

Quod

Quod Alcinoo Phæacem, non vero Nauſithoum, Conon parentem tribuit, illi quidem convenit cum Diodoro Siculo Hiſtor. lib. IV. de Phæace ita ſcribente: Φαίαξ, ἀφ᾽ οὗ τοὺς Φαίακας συνέβη τυχεῖν ταύτης τῆς προσηγορίας. Φαίακος δ᾽ ἐγένετο Ἀλκίνοος. *Phæax, unde Phæacas ſortiri hanc denominationem contigit. Phæacis autem filius Alcinous*. Diſſentit vero ab Homero, ut patet ex verſibus mox laudatis. Dein Latinum Italorum regem ab Hercule interemptum, & Laurinam, ſeu Laviniam ejus filiam Locro deſponſam narrans, nimis quam diſſentit a veteribus Romanarum Antiquitatum Scriptoribus, qui Latinum regem in bello contra Rutulos occiſum, ejuſque filiam Laviniam Turno prius pactam, Æneæ poſtea collocatam concorditer produnt; quem diſſenſum a nemine recentiorum Scriptorum, qui Romanas Antiquitates accuratius inveſtigarunt, animadverſum reperio. Diſcrepat demum a priſcis Geographis, atque Scholiaſtis, qui urbi *Locris*, in extrema Italia haud procul a Sicilia ſitæ, ſcilicet in ſinu Bruttio, qui & Locrenſis a celeberrima illa urbe dicebatur, originem, ac nomen accerſunt a priſcis Locris, ſive Ozolis apud Ætoliam, ſive Epicnemidiis apud Euboeam; contra vero Conon Locri Phæacis ſepulchrum urbi illi originem præbuiſſe, & nomen affirmat. Neque alterum hunc diſſenſum, notatu certe dignum, ab aliquo recentiorum Geographorum obſervatum adhuc reperi; non equidem a Philippo Cluverio, qui de Locris multa habet Ital. ant. lib. IV. cap. XV. neque a Chriſtophoro Cellario Geogr. ant. lib. 2. cap. IX. ubi de Locris multa

ta diſſerit. Utrumque autem inter priſcæ Geographiæ illuſtratores principem locum tenere, pro comperto habent quilibet rerum harum ſtudioſi. Quænam fides Cononis Narrationibus adhibenda ſit, non inquiro; nec de hoc Photius quidquam affirmat, dumtaxat de earum ſtylo judicium proferens, & præterea Scriptoris, ſeu potius Collectoris ætatem indicans, dum tradit, Opuſculum illud Archelao Philopatori regi inſcriptum fuiſſe, quem Auguſti temporibus regnaſſe ex Dione, Strabone & aliis colligit Gerardus Joannes Voſſius de Hiſtor. Græc. in ipſo libri primi fine. Ne tamen recitata Narratio fabularum cenſui adſcribatur, commode mihi occurrit Corcyræorum nummus in Græcia ant. wolfangi Lazii cum navi (quo inſigni Corcyram in moneta uſam novimus) & ex alia parte cum ſpica, ac capite coronato, necnon literis ΜΕΤΑΠ. ſcilicet Μεταποντίνων, ut pronum eſt unicuique cum Joanne Harduino, & Huberto Goltzio, alios Metapontinorum nummos referentibus, interpretari. Porro ea Corcyræorum, ac Metapontinorum in eodem nummo conjunctio colligendi anſam præbet, aliquam inter utrumque populum ſocietatem interceſſiſſe; quam exiſtimare licet inde profectam, quod ſicuti Locri, ita & Metapontini, iis finitimi, Corcyræorum cognati haberentur ob Locri Phæacis ad illas partes acceſſum juxta allata Cononis verba: Ως συγγενεῖς, Φαίακες Λοκροὺς τοὺς. ἐν Ιταλίᾳ προσεποιοῦντο, *Adeo ut Phæaces Italicos boſce Locrenſes in cognatos adſciverint*. Hanc prædictæ conjunctionis cauſam conjectando afferimus, nec aliam nobis ſuggerunt

gerunt

gerunt Harduinus in Opere, etſi admodum diligenti, Nummi popul. & urb. illuſtrati, neque Goltzius in Opere De re nummaria, Græcis numiſmatibus refertiſſimo, neque demum Andr. Marmora, quamplures Corcyræorum nummos in Hiſtor. Corcyr. proferens, cum nemo ex his allati nummi meminerit. Lazius autem, contentus ex eo collegiſſe, Corcyram navis inſigne in moneta uſurpaſſe, nihil præterea ad inſcriptionem illam METAΠ. obſervavit. Porro ſpica, quæ in eo nummo apparet, paſſim in Metapontinorum nummis effingebatur ad denotandam agri illius ubertatem.

De Alcinoo, ejuſque conjuge Areta, deque horum filia Nauſicaa, aliiſque liberis quamplura varii Odyſſeæ libri ſuppeditant; quæ in ſubſequentia Capita reſervantes, præſenti expediemus de Jaſonis, & Medeæ in Corcyram adventu ab Apollonio in Poemate Argonauticorum lib. IV. enarrata.

Notum eſt, Heroas quinquaginta, Argonautas ab Argo navi, cujus faber Argus vocabatur, dictos, raptum vellus aureum in Colchidem iviſſe. Eo theſauro, ac Medea Æetæ regis filia jam potiti, poſt longam navigationem ad Corcyram inſulam delati, quam comiter excepti fuerint a Corcyræis, Apollonius ita deſcribit:

...... ὁι δ' ἀγανοῖσιν
Αλκίνοος, λαοίτε ϑυηπολίῃσιν ἰόντας
Δειδέχατ' ἀσπασίως, ἐπὶ δέ σφισι καγχαλάασκε
Πᾶσα πόλις· φαίης κεν ἑοῖς ἐπὶ παισὶ γάνυσϑαι.
...... *ipſi vero hilaribus*

Alci-

Alcinous, populique ſacris venientes
Exceperunt liberaliter, propterque ipſos lætabatur
Tota civitas; dixiſſes propter proprios liberos gaudere.

Mox Colchorum ad Medeam repetendam appulſum refert, minaſque ab iis adverſus Corcyræos intentatas, ni voti compotes efficerentur:

. . . . . . στρατὸς ἄσπετος ἐξεφαάνθη
Κόλχων, οἳ πόντοιο κατὰ στόμα, καὶ διὰ πέτρας
Κυανέας μαστῆρες ἀριστήων ἐπέρησαν.
Μήδειαν δ' ἔξαιτον ἑοῦ ἐς πατρὸς ἄγεσθαι
Ἱεντ' ἀπροφάτως, ἠὲ στονόεσσαν ἀϋτὴν
Νωμήσειν χαλεπῇσιν ὁμόκλεον ἀτροπίῃσιν
Αὖθί τε, καὶ μετέπειτα σὺν Αἰήταο κελεύθῳ.

. . . . . . exercitus numeroſus apparuit
Colchorum, qui ponti per os, atque per petras
Cyaneas, perveſtigatores Heroum, penetrarunt.
Medeamque abreptam ad ſui patris (ædes) reducere
Contenderunt abſque mora, aut luctuoſam pugnam
Moturos ſe atroci interminabantur temeritate
Ibique, & poſtea cum Æetæ impetu.

Dein Medeæ anxietatem exponit, ejuſque ſupplices orationes recitat, primam quidem ad Aretam regiam conjugem, alteram vero ad Argonautas ſuos, ac demum Alcinoi regis judicium his verbis exprimit:

Παρθενικὴν μὲν ἐοῦσαν ἑοῦ ποτὶ δώματα πατρὸς
Ἐκδώσειν· λέκτρον δὲ σὺν ἀνέρι πορσαίνουσαν
Οὐκ ἔτι κουριδίης μιν ἀποτμήξειν φιλότητος.

Virginem exiſtentem ſui ad ædes patris
Remittendam: lecto vero cum viro ſubſervientem,
Non iterum legitimo ipſam abſtrahendam amore.

Hujus ſententiæ, antequam aliis innoteſceret, certior ab Alcinoo reddita Areta, Jaſonem illa ipſa noĉte cum Medea congredi mandavit, nuptiali thalamo ad ſacrum antrum conſtructo:

Αὐτίκα δὲ κρητῆρα κερασσάμενοι μακάρεσσιν,
Ἡ θέμις, εὐαγέως ἐπιβώμια μῆλ' ἐρύσαντες,
Αὐτονυχὶ κούρῃ θαλαμήϊον ἔντυνον εὐνὴν
Ἄντρῳ ἐν ἠγαθέῳ, τόθι δή ποτε Μάκρις ἔναιεν.
Continuoque cratera miſcentes immortalibus,
Quemadmodum fas, rite votiva pecora trahentes,
Illa ipſa nocte virgini nuptialem paraverunt thalamum
Antro in ſacro, ubi quondam Macris habitabat.

Ex eo concubitu antrum illud Corcyræum *Medeæ antrum* appellatum eſt, atque ita Poetæ tempore vocitabatur:

Κεῖνο ϗ εἰσέτι νῦν ἱερὸν κληΐζεται ἄντρον
Μηδείης.
Illud & in hodiernum diem ſacrum vocatur antrum
Medeæ.

Tunc ex Alcinoi judicio fruſtrati votis Colchi, primum adverſus excanduerunt, at poſtea illud veriti, nec minus expaveſcentes regis ſui indignationem, quæ eos, in patriam ſine Medea reduces, manebat, non amplius regredi decrevere, ſed impetrato ab Alcinoo rege inter Phæacas domicilio, ſedes in Corcyra inſula fixere:

Δὴ τότε δὴ βασιλῆος ἐῢ τρομέοντες ἐνιπὰς,
Δέχθαι μειλίξαντο συνήμονας, αὖθι δὲ νήσῳ
Δὴν μάλα Φαιήκεσσι μετ' ἀνδράσι ναιετάασκον.
Tunc equidem regis ſui formidantes minas,

Suſci-

Suſcipere orabant ſe ſocios, ibique in inſula
Diu ſane Phæacas inter viros habitabant.

Argonautæ vero poſt aras Nymphis, & Parcis in Apollinis templo ædificatas, amplis ab Alcinoo, & Areta muneribus donati, e Corcyra ſolverunt:

Μοιράων δ' ἔτι κεῖσε θύη ἐπέτεια δέχονται,
Καὶ Νυμφέων Νομίοιο καθ' ἱερὸν Ἀπόλλωνος
Βωμοὶ· τοὺς Μήδεια καθίσσατο. πολλὰ δ' ἰοῦσιν
Ἀλκίνοος Μινύαις ξεινήϊα, πολλὰ δ' ὄπασσεν
Ἀρήτη.

Parcarumque adhuc illic ſacra annua excipiunt,
Ac Nympharum Nomii in fano Apollinis
Aræ: has Medea erexit. Sed multa abeuntibus
Alcinous Minyis xenia, multaque præbuit
Arete.

Quod ſpectat ad locum nuptiarum, habet quidem Apollonius dicti ſui adſtipulatorem Timæum, at ei refragantur Dionyſius Mileſius, Antimachus, & Timonax, uti Apollonii Scholiaſtes nos docet his verbis: Τιμαίου λέγοντος ἐν Κερκύρᾳ τοὺς γάμους ἀχθῆναι, Διονύσιος ὁ Μιλήσιος ἐν δευτέρῳ τῶν Ἀργοναυτικῶν, ἐν Βυζαντίῳ φησίν. Ἀντίμαχος ἐν Λυδῇ πλησίον τοῦ ποταμοῦ μιγῆναι αὐτῇ φησι τὸν Ἰάσονα. Τιμώναξ ἐν πρώτῳ τῶν Σικελικῶν, ἐν Κόλχοις φησὶν Ἰάσονα Μήδειαν γῆμαι, Αἰήτου αὐτῷ ἐγγυήσαντος. *Timæo aſſerente in Corcyra junctas fuiſſe nuptias, contra in Byzantio ſcribit Dionyſius Mileſius in ſecundo Argonauticorum; Antimachus autem in Lydia prope flumen cum ea (Medea) congreſſum fuiſſe Jaſonem. Timonax in primo Siculorum, Jaſonem in Colchis Medeam duxiſſe, Æeta hanc ipſi*

deſpondente. Subdit mox apud eumdem Scholiaſtam Timonax: *Δείκνυνται παρὰ τὸν παράπλουν ἔνδον τοῦ πόντου κῆποι τινὲς Ιασόνιοι καλούμενοι, καθ᾽ ὧν τὴν ἀπόβασιν ἐποιήσαντο, καὶ κατὰ τὴν αἶαν γυμνάσια, καὶ δίσκοι, καὶ τῆς Μηδείας θάλαμος, καθ᾽ ὃν τότε ἐνυμφεύθη, καὶ πρὸς τῇ πόλει ἱερὸν ἱδρυμένον Ιάσονος, καὶ πρὸς τούτοις ἱερὰ πολλά.* *Oſtenduntur in adnavigatione intus pontum horti quidam Jaſonii nuncupati, juxta quos* Jaſon, & Medea *e navi deſcenderant, & ad terram gymnaſia, diſci, & Medeæ thalamus, in quo tunc concubuerat, & prope civitatem exſtructum Jaſonis ſacellum, ac plures aliæ aræ.* Ita Timonax ex Apollonii Scholiaſta. Contra Timæus nuptias in Corcyra conjunctas aſſerens, fidem præterea facit, teſte eodem Scholiaſta, de annuo ſacrificio, ſua ætate in ea inſula fieri ſolito ob memoriam rei divinæ a Medea in eo ſacello peractæ, & de binis aris eadem de cauſa ibidem erectis.

Argonautarum ad Corcyram geſta, quæ fuſius ex Apollonio proſecuti ſumus, compendiarie in Orphei de eodem argumento Poemate enarrantur, initio facto ab illis verſibus:

Κέρκυραν ζαθέην ἀφίκετο, τήν σφιν ἔναιον
Ιδεῖες εἰρεσίης, καὶ ἁλιμπλάγκτοιο πορείης
Φαίηκες, τοῖσι δ᾽ ἄρ᾽ ἐφημοσυνῄσι θέμιςας
Αλκίνοος κραίνεσκε δικαιότατος βασιλήων.

Quæ metaphraſis Poetica Anonymi ita reddidit:

Corcyreos petimus portus, ea tecta colebant
Artifices operum pelagi, puppiſque regendæ
Phæaces, virtute animi quibus inclytus heros
Imperat Alcinous, regum juſtiſſimus unus.

Cete-

Cetera ex eo Poemate referre ſuperſedeo, tum quia cum Apollonii narratione omnia ferme conveniunt, tum quia cum iis ſentio, quibus confiѕta, & ſuppoſita omnia ſunt, quæ ſub Orphei nomine circumferuntur. Profecto Cicero lib. 1. de Nat. Deor. tradit Ariſtotelem prodidiſſe, Orphea iſtum numquam fuiſſe; quæ vero carmina ejus nomen præſeferunt, ea a Pythagoricis Cercopi cuidam attribui. Veterum alii, quibus Recentiores plerique aſſentiuntur, eadem tribuunt Onomacrito.

Dixi, *omnia ferme*. Namque in Orphei Poemate auctorem judicii, quo lis inter Argonautas, & Colchos dirempta eſt, habemus non Alcinoum, ſed Aretam. Eam diſcrepantiam cum minime advertiſſet Joſua Barneſius in laudata Homeri Editione, ad illud de Areta Odyſs. VII.

. . . . . καὶ ἀνδράσι νείκεα λύει,

. . . . . *& hominibus lites diſſolvit.*

affirmat, prædictum judicium ab Areta interpoſitum fuiſſe ex Onomacrito, & Apollonio Rhodio, cum tamen certum ſit, in hoc capite Onomacritum, ſeu Orpheum ab Apollonio diſſidere. Cum Apollonio facit Apollodorus in Biblioth. ubi de Argonautis.

Celebratiſſima hæc Argonautarum expeditio perinde ac ſi Jacobo Gronovio minime comperta fuiſſet, aſſerit hic in Volumine ſuperius laudato ad Corcyræ gemmam, quam exhibet, Alcinoum per Ulyſſis navigationem inclaruiſſe, Corcyræque inſulæ notitiam, & appellationem tunc temporis exortam primum fuiſſe, aut ad Græcos perveniſſe. Satis enim cele-

celebres, & claros Alcinoum, & Corcyram Græcis reddere valuit Argonautica, quæ eam Ulyſſis præceſſit, navigatio, toties a Poetis, & Hiſtoricis decantata, & ab Aſtrologis cœlo donata. Ibidem Gronovius magna confidentia Alcinoum Phæacis filium facit; quem tamen a Nauſithoo genitum dum diſerte memorat Homerus, hujus auctoritas poſtulat, ut aliqua ſui dicti ratio habeatur. Demum quo jure ſcripſerit Gronovius, generoſum, & ſplendidum Corcyræ civem, Andream Marmoram, integro, & elaborato Opere inſulæ illius hiſtoriam proſecutum eſſe, præcedentia jam indicarunt, & ſubſequentia apertius oſtendent, quod ſpectat ad lucubrationis illius diligentiam, in contexendis fabulis utique maximam..

Huic Capiti finem imponat Pauſaniæ textus in Corynthiac. *ἔπη δέ ἐςιν* (inquit) *ἐν Ἕλλησι Ναυπάκτια ὀνομαζόμενα. Πεποίηται δὲ ἐν αὐτοῖς, Ιάσονα ἐξ Ιολκοῦ μετὰ τὸν Πελίου θάνατον ἐς Κόρκυραν μετοικῆσαι. Carmina Græci habent, quæ Naupactia nominant. In illis ſcriptum eſt, Jaſonem ex Jolco poſt Peliæ mortem Corcyram migraſſe.* Naupactia Carmina pluribus locis commemorat idem Pauſanias, & in Phocic. ſub finem ea vulgo attribui ſcribit Mileſio homini. At ipſi probabilius videtur, illorum auctorem fuiſſe Naupactium aliquem. Ea Carmina pluribus vicibus allegat Apollonii Scholiaſtes.

Google

CAPUT VI.

Ulyſſis ad Corcyram appulſus. Fuſior de eo Homeri narratio ad Græcanicas archæologias dignoſcendas perutilis. Ex eo appulſu Argonauticæ expeditionis epocha eruitur, nec Scaligero, nec Petavio comperta. An Scheria, & Phæaces Homeri idem ſint cum Corcyra, & Corcyræis, in dubium a quibuſdam vocatur. Rationes dubitandi, prima, quod Homerus Phæacas in Scheria ſitos dicat, procul ab hominibus ingenioſis, *altera, quod eos dicat*, habirare extremos ſeorſum in undoſo mari, cum nemine commercium habentes, *tertia, quod Phæaciæ hortis fructuum perpetuitatem adſcribat, poſtrema, quod Phæacas Rhadamanti deductores faciat. Alia Homeri loca verum Scheriæ ſitum, eum ipſum, ubi modo jacet Corcyra, commonſtrant. Ratio Homericarum fabularum doctis etiam Viris parum comperta.*

NON multo poſt Argonaurarum e Phæacia Corcyra diſceſſum, illuc appulit Ulyſſes naufragus, viceſimo die poſtquam ex Ogygia inſula ſolviſſet; cumque ad maris litrus Nauſicaam, Alcinoi regis filiam, una cum ancillis ludenrem reperiſſet, veſtes primum, quibus nuditatem ſuam conregeret, ab ea impetravit, dein eadem præeunte, ad regias ædes pervenit; ubi ab Alcinoo, & Areta ejus conjuge, horum-

horumque filiis officiis omnibus humanitatis exceptus, poſtremo ab ipſis Phæacibus in patriam ſuam Ithacam inſulam pervectus fuit.

In pauca verba ita contulimus, quæ in pluribus Odyſſeæ libris enarrantur. Quoniam vero ex ea fuſiori Homeri narratione memorabilia Corcyræorum heroicis illis temporibus geſta, regimen, diſciplina, mores, inſtituta affatim innoteſcunt, operæ pretium eſt, Corcyræas hujuſcemodi antiquitates, ex eo potiſſimum fonte petitas, exponere, atque explicare; unde ad Græcanicas in univerſum ἀρχαιολογίας clarius dignoſcendas non parum ſubſidii Eruditis obventurum confido, ut facile cuivis patebit, præſentem hanc inveſtigationem cum Everardi Feithii Homericis Antiquitatibus comparanti. Inde pariter innoteſcet ratio quædam Homericarum fabularum doctis etiam Viris parum comperta. Demum Lectorem magnopere juvabit, delectabitque ingens Homericorum carminum copia ejus oculis ſubjecta. Eſt enim Homerus, ut eum Plinius lib. XVII. cap. V. eleganter appellavit, *fons* veluti quidam *ingeniorum*, ſeu:

. . . . βαθυῤῥόιταο μέγα σθένος Ὠκεανοῖο,
Ἐξ οὗπερ πάντες ποταμοὶ, καὶ πᾶσα θάλασσα,
Καὶ πᾶσαι κρῆναι, καὶ φρείατα μακρὰ νάουσιν.
. . . . *profundi magna potentia Oceani,*
Ex quo omnes fluvii, & totum mare,
Et omnes fontes, & putei alti oriuntur.

Sic enim eum ſuiſmet verbis ex Iliad. XXI. Dionyſius Halicarnaſſenſis jure appellandum exiſtimavit.

Suum

Suum utique fructum, ſuamque utilitatem conſtare priſcæ illius ætatis figmentis, poetico lenocinio exornatis, diſerte edocuit Plutarchus in libello De audiend. Poetis, cujus præclara ſunt verba: Ἐπεὶ δὲ ὥσπερ ἐν ταῖς νομαῖς ἡ μὲν μέλιττα διώκει τὸ ἄνθος, ἡ δὲ αἶξ τὸν θαλλὸν, ἡ δὲ ὗς τὴν ῥίζαν, ἄλλα δὲ ζῶα τὸ σπέρμα καὶ τὸν καρπὸν, οὕτως ἐν ταῖς ἀναγνώσεσι τῶν ποιημάτων ὁ μὲν ἀπανθίζεται τὴν ἱστορίαν, ὁ δὲ ἐμφύεται τῷ κάλλει, καὶ τῇ κατασκευῇ τῶν ὀνομάτων, οἱ δὲ τῶν πρὸς τὸ ἦθος εἰρημένων ὠφελίμως ἔχονται. *Ceterum ſicut inter paſcendum apis florem, capra germen, ſus radicem, aliæ beſtiæ ſemen fructumve captant, ita legendis Poematis alius hiſtoriam decerpit, alius elegantiæ, & apparatui verborum inhæret, alius vero ea, quæ de moribus utiliter dicta ſunt, conſectatur.*

At prænotatum volo, vexatam adeo inter veteres, recenteſque Chronologos, de Argonautarum expeditionis epocha controverſiam plurimum lucis accipere ex Alcinoi, & Aretæ temporibus. Cum in ea etenim inciderint tam expeditio illa, ut ex præcedenti Capite conſtat, quam Ulyſſis poſt Trojæ everſionem errores, ut conſtat ex præſenti, conſequitur, inter utramque epocham non multos admodum annos interceſſiſſe. Satis proinde mirari non poſſum, eximium Chronologorum par, Joſephum Scaligerum, & Dionyſium Petavium, prædictæ profectionis epocham magno ſtudio inveſtigantes, ad alia omnia animum convertiſſe, præterquam ad Alcinoi, & Aretæ ætatem; qua tamen ad illam ſtatuendam certius nullum momentum afferre potuiſſent. Videndus Scali-

ger in Animadverſion. in Chron. Euſeb. ad annum Abr. DCCLVI. & Petavius Ration. Temp. par. 2. lib. 11. Cap. IX. Hic Argonautarum tempora exſculpere conatus eſt ex annis regni Priami; ille ex ætate Herculis, Circes, & Aſcalaphi. Utrique autem ante oculos imprimis eſſe debuerant Alcinous, & Areta, Argonautas primum, dein Ulyſſem in Corcyra excipientes; quorum videlicet nomina non una tantum vice, non obiter exhibent Argonautici Scriptores, atque Homerus, ſed ſexcenties commemorata vel invitis obtrudunt. Ut autem hi Argonautis, & Ulyſſi e Troja reduci σύγχρονοι eſſe potuerint, oportet priorem epocham a poſteriore abfuiſſe non quidem per ſeptuaginta novem annos, quemadmodum ſenſit antiquus Chronologus apud Clementem Alexandr. cui Jacobus Capellus ſubſcribit, proxime accedente ad eum calculum Euſebio in Chron. ut ex utraque Editione Scaligerana ſcilicet, & Pontacena patet; ſed per quadraginta ad ſummum, quæ Petavii ſententia eſt, aut per viginti plus minuſve juxta Scaligeri ſententiam. Eas tamen ſupputationes dum prædictis dumtaxat fundamentis docti illi Viri ſuperſtruxerunt, firmiori utique deſtitutas repræſentarunt. Præterquam quod Petavianum fundamentum prorſus ruinoſum cenſeri debet. Namque quadraginta annos Priami regno tribuens tam loco citato, quam ejuſdem Operis par. 1. lib. 1. cap. X. teſtem adhibet parvæ Iliados Scriptorem, a Michaele Neandro editum, quem Eruditi omnes norunt ſuppoſititium, ac propterea nullius auctoritatis. Quocirca omni etiam auctorita-

te

te caret laterculus regum Trojanorum, ex eodem illo Scriptore a Petavio expreſſus.

Præterea Corcyræarum antiquitatum ex Homero inveſtigationem ea imprimis diſcuſſio præcedere debet, qua conſtet, de Scheria, atque Phæacibus ab Homero narrata omnino accipienda eſſe de Corcyra, atque Corcyræis. Id ſiquidem, licet pro comperto haberi poſſe videatur ex priſcorum Auctorum teſtimoniis, quibus recentiores ultro adſtipulantur, a quibuſdam ex illis in controverſiam vocatum reperio apud Strabonem, ab illis nempe, qui Ulyſſis errores non circa Siciliam, atque Italiam, ſed in extimis magni Oceani partibus contigiſſe aſſeverabant. Hoc argumentum fuſe, & ſolide pertractavit Philippus Cluverius Sic. ant. Capite poſtremo, generatim vagationes illas, cujuſcemodi Homerus retulit, exponens. Idque ut facilius faceret, Virgilii Æneam ſemper cum Ulyſſe contulit, demonſtrans, ad nulla hunc ab Homero loca deductum, quin ad eadem poſtea appulſus narretur Æneas. At quæ ſpeciatim ad Phæacas, & Scheriam pertinent, ſpecialem a nobis diſcuſſionem expoſcunt; ad quam, Euſtathio Scholiaſta itineris duce, jam ingredimur.

Quos communem de Ulyſſis in interno mari erroribus ſententiam apud Strabonem inſectari dixi, hi ſunt Eratoſthenes, atque Apollodorus; iique, quod ſpectat ad rem noſtram, Callimacho præſertim Grammatico obloquuntur, Calypſus inſulam pro Gaudo, pro Scheria Corcyram accipienti. En Strabonis verba lib. 1. Ἀπολλόδωρος δὲ ἐπιτιμᾷ Καλλιμάχῳ συνηγορῶν τοῖς περὶ Ἐρατοσθένη, διότι, καίπερ γραμματικὸς ὤν,

παρὰ τὴν Ὁμηρικὴν ὑπόθεσιν, καὶ τὸν ἐξωκεανισμὸν τῶν τόπων, περὶ ὧν τὴν πλάνην φράζει, Γαῦδον, καὶ Κόρκυραν ὀνομάζει. *Ceterum Apollodorus Eratoſthenem defendens, Callimachum reprehendit, quod, tametſi Grammaticus eſſet, tamen & contra Homeri inſtitutum, & locorum in Oceano, circa quæ Ulyſſem vagari facit, poſitionem, Gaudum, ac Corcyram nominaverit.* Et lib. VII. Καὶ τοῖς μὲν ἄλλοις συγγνώμην εἶναι, Καλλιμάχῳ δὲ μὴ πάνυ, μεταποιουμένῳ γε γραμματικῆς, ὃς τὴν Γαῦδον, Καλυψοῦς νῆσον φησὶ, τὴν δὲ Κέρκυραν, Σχερίαν. *Ac ceteros quidem venia dignatur, dempto Callimacho; qui Grammaticum ſe profeſſus, Gaudum tamen Calypſus inſulam faciat, & de Corcyra Scheriam.*

Diffiteri nequeo, plura ab Homero de Scheria dici, unde hujus ἐκτοπισμὸς ſeu ἐξωκεανισμὸς facile arguatur, cum ea inſulæ cuidam in extremo Atlantico ſitæ multo melius, quam noſtræ ad Epirum conveniant. At exinde æqui rerum æſtimatores non aliud ſe colligere poſſe putabunt, niſi Homerum Poetarum more veritatem ſæpius ſub involucris ſignificaſſe. Luculentiſſimas Homeri hac in re vindicias affert idem Strabo laudatis libris, quarum ſumma hæc eſt: Ἅτε δὴ (ait ipſe lib. I.) πρὸς τὸ παιδευτικὸν εἶδος ἀναφέρων τοὺς μύθους ὁ ποιητὴς, ἐφρόντισε πολὺ μέρος τἀληθοῦς, ἐν δ' ἐτίθει καὶ ψεῦδος, τὸ μὲν ἀποδεχόμενος, τῷ δὲ δημαγωγῶν, καὶ στρατηγῶν τὰ πλήθη. *Enimvero Poeta fabulas ad morum formationem referens, veritatis magna ex parte rationem habuit, interdum tamen etiam mendacio adhibito; veritatem quidem amplectens, mendacio autem demulcens, ac gubernans ducis inſtar multitudinem.*

nem. Et paulo poſt: Ἐκ μηδενὸς δὲ ἀληθοῦς ἀνάπτειν καινὴν τερατολογίαν, οὐχ Ὁμηρικόν. Προσπίπτει γάρ, ὡς εἰκός, ὡς πιθανώτερον ἂν οὕτω τὶς ψεύδοιτο, εἰ καταμίσγοι τὶ καὶ αὐτῶν τῶν ἀληθινῶν. *Non enim Homericum eſt, nova fabularum portenta proferre, quæ a nullo vero dependeant. Veriſimiliora nimirum videntur auditori, quæ is ita mentitur, ut vera falſis admiſceat.* His conſonat illud Lactantii lib. 1. Inſtitut. *Non etenim res ipſas geſtas finxerunt Poetæ: quod ſi facerent, eſſent vaniſſimi; ſed rebus geſtis addiderunt quemdam colorem.*

Jam vero Homeri loca, in quibus color τοῦ ἐκτοπισμοῦ Phæacum regioni, ac rebus adjunctus deprehenditur, ex Euſtathio ita recenſeo. Et primo quidem Odyſ. VI. Nauſithous Phæacas in Scheria ſtatuiſſe dicitur,

. . . . . ἑκὰς ἀνδρῶν ἀλφιστάων,
. . . . . *procul ab hominibus ingenioſis.*

Ad quæ Euſtathius: Τὸ δέ, ἑκὰς ἀνδρῶν ἀλφιστάων, ἐκτοπισμόν τινα τῆς Σχερίας παραλαλεῖ, ὡς εἴπερ μὴ ἦν ἡ νῦν Κέρκυρα γνωριζομένη, ἀλλά τις ἄγνωστος κατὰ τὴν Ὠγυγίαν. Ὅτι δὲ τοιοῦτόν τι βούλεται καὶ περὶ τῆς Φαιακικῆς Σχερίας ὁ ποιητής, ἐν τοῖς ἐφεξῆς δηλωθήσεται σαφέστερον· ὅσγε, φασὶν, οὐδὲ ὠνόμασε Κέρκυραν, τὴν Σχερίαν, ἵνα μὴ ἐλέγχοιτο ῥαδίως, ὅτε ἔξω τῆς καθ' ἡμᾶς οἰκουμένης πλάττει αὐτήν. *Illud vero, procul ab hominibus ingenioſis, appoſite denotat quemdam* ἐκτοπισμὸν *Scheriæ, perinde ac ſi hæc minime foret cognita nobis Corcyra, ſed incognita quædam regio inſtar Ogygiæ. Etenim quid ſimile de Phæacia Scheria Poetam quoque velle, in conſequentibus apertius declarabitur. Ille vero,*

ut

ut ajunt, numquam Scheriam vocabulo Corcyræ expreſſit, ne facile redargueretur, quoties eam extra habitatam nobis terram effingit.

Deinde in eodem Odyſſeæ libro, dum Nauſicaa de ſuis Phæacibus hæc loquitur:

> Οἰκέομεν δ' ἀπάνευθε πολυκλύστῳ ἐνὶ πόντῳ
> Ἔσχατοι, οὐδέ τις ἄμμι βροτῶν ἐπιμίσγεται ἄλλος.
> *Habitamus præterea ſeorſum undoſo in mari*
> *Extremi, neque aliquis nobiſcum homo commercium*
> *habet alius.*

Σημείωσαι δὲ (ait Euſtathius) ὅτι οὐκ αὐτὸς ὁ ποιητὴς ἀναιδῶς οὕτω τὴν τῶν Φαιάκων ἐκτοπίζει γῆν, ἀλλ' ἡ Ὁμηρικὴ κόρη, καὶ οἱ λοιποὶ δὲ Φαίακες, οὐχ οὕτως οὐδ' αὐτοὶ εἰδότες, οὐδὲ πρὸς ἀλήθειαν λαλοῦντες, ἀλλ' ἐθέλοντες τοιοῦτοι δοκεῖν τοῖς πολλοῖς διὰ τὸ ἀνεπιβούλευτον, ἵνα δηλαδὴ μὴ πολεμοῖντο φθονούμενοι διὰ τὸ τῆς χώρας εὔδαιμον, ὃ πολλαχοῦ γίνεται. *Nota autem, non ipſum Poetam impudenter Phæacum terram ab orbis noſtris finibus ſummovere, ſed Homericam puellam, reliquoſque Phæacas; non ita quidem ipſi ſentientes, aut veritati conſona loquentes, ſed tales vulgo reputari exoptantes, ne quiſpiam videlicet regionis eorum felicitatis invidia tactus, quod ſæpe accidit, bellum ipſis moveret.* Et mox ſubdit: Ἰστέον δέ, καὶ ὅτι ἀστείως ἡ κόρη τὸ ψεῦδος σοφίζεται. Οἰκοῦσι γὰρ ἀπάνευθε τῶν κύκλων οἱ Φαίακες, πολυκλύστῳ ἐνὶ πόντῳ, καθὰ νησιῶται, καὶ ἔσχατοι ἐκεῖ πρὸς τῇ Ἠπείρῳ, καὶ οὔτις αὐτοῖς ἐπιμίσγεται ἁπλῶς δίχα τοῦ πλεῦσαι. *Sciendum vero, appoſite a puella mendacium excogitari. Habitant enim longe a Cycladibus Phæaces, undoſo in mari, utpote inſulani, & ultimi ad Epirum*

ſiti,

Digitized by Google

ſiti, neque aliquis cum eis commercium habet omnino abſque navigatione.

Tertio in fructuum perpetuitate, quos in Phæaciæ hortis omni anni tempore ſubſtitiſſe tradit Poeta Odyſs. VII. inductum ab eo Scheriæ ἐκτοπισμὸν agnoſcit Euſtathius, ita ad illum locum ſcribens: Ἰστέον δὲ, ὅτι ψεῦδος μὲν ἐπὶ τῶν ἀληθινῶν Φαιάκων τὸ οὕτω παράμονον τῶν καρπῶν· ἄλλως μέν τοι ἐπὶ πολὺ τοῦ ἔτους διαρκοῦσι καὶ ἐκεῖ οἱ καρποὶ, ὡς οἴδασιν οἱ πεῖρα μαθόντες. Ὅμηρος δὲ ἐκτοπίζων τὴν Φαιακίαν κατά τινα, ὡς καὶ προσδηλωθῆ, ποιητικὴν τερατείαν, καὶ πορρωτάτω μετάγων, ὑπερβάλλει τοιαῦτα πλάττων περὶ αὐτῆς, ὡς εἴπερ νῆσος ἦν τῶν μακάρων, τοῖς ἀκούουσιν ἀνεξέλεγκτος. *Sciendum, hanc fructuum ſtabilitatem de veris Phæacibus falſo aſſeri; tametſi diutius per annum fructus ibi perſeverent, quod norunt experti. Homerus autem, Phæaciam omnino ſummovens ex poetica quadam, ut præmonſtratum eſt, prodigioſa fingendi licentia, ac longiſſime transferens, talia de ipſa per hyperbolem comminiſcitur, ceu beatorum inſula foret, ab audientibus nulla ratione refellendus.*

Demum beatorum inſulæ incolas ab Homero Phæacas effectos videri, colligit Euſtathius ex Rhadamanti per eoſdem deductione, de qua Odyſs. VII. noſque de ea inferius. Φαίνεσθαι (inquit ille) παραλαλεῖν τὸν Ἀλκίνοον, ἐγγίζειν τὴν κατ᾽ αὐτῶν γῆν τῇ τῶν μακάρων νήσῳ, ἔνθα ἦν ὁ Ῥαδάμανθυς· ὅθεν καὶ τὴν προϊστορηθεῖσαν εὐδαιμονίαν εἶναι παρὰ Φαίαξιν, ὡς εἰ καὶ νῆσον ᾤκουν μακάρων. *Videri Alcinoum, fucum facientem, beatorum inſulæ, ubi Rhadamantus degebat, proximam*

mam ſtatuere terram ſuam; unde commemorata antea felicitas Phæacibus ineſſet, quippe qui beatorum inſulam habitarent. Id ipſum ex ea deductione argumentatus fuerat Didymus Scholiaſta.

Atque hæc ſunt loca, in quibus Homerus, portentoſa de Phæacibus, & Scheria ſcribens; eam utique utilitatem conſecutus eſt, quam Strabo libro ſæpius laudato ex hujuſce generis narrationibus proficiſci tradit, dum ait: Οταν δὲ προσῇ καὶ τὸ θαυμαστὸν καὶ τὸ τερατῶδες, ἐπιτείνει τὴν ἡδονὴν, ἥ περ ἐστὶ τοῦ μανθάνειν φίλτρον. *Quod ſi admirabilia, & portentoſa admiſceantur, augetur voluptas, quæ quidem medicamenti inſtar diſcendi amorem ingenerat*.

Contra vero alia ſunt loca, ubi Poeta, omiſſo illo colore, ad hiſtoricæ veritatis normam germanum Scheriæ ſitum commonſtravit; cujuſmodi eſt illud ex initio lib. VII. Odyſs. de Nauſicaæ nutrice:

Γρηῦς Απειραίη θαλαμηπόλος Εὐρυμέδουσα,
Τὴν ποτ' Απείρηθεν νέες ἤγαγον ἀμφιέλισσαι·
Αλκινόῳ δ' αὐτὴν γέρας ἔξελον.
Anus Epirotica cubicularia Eurymeduſa,
Quam olim ab Epiro naves duxerunt biremes:
Alcinoo autem eam in donum elegerunt.

Ad quæ Euſtathius: Σημείωσαι, ὅτι ὁ πολλαχοῦ τὴν Φαιακίαν ἐκτοπίζειν ἐθέλων διὰ τὸ τερατωδέστερον, ἐνταῦθα ἐνέφηνε ἀληθῆ θέσιν αὐτῆς, πλάσας τὴν βασιλικὴν θαλαμηπόλον γραῦν, ἐκεῖθέν ποθεν αἰχμαλωτισθεῖσαν ἐκ τῆς ἀντιπέραν γῆς, ἰδίως οὕτω καλουμένης Ηπείρου, ὡς καὶ ἐν ἄλλοις ἐγράφη, ὁμωνύμως τῇ ὅλῃ γῇ. *Nota, pluries Phæaciam, quo prodigioſior foret narratio, ſummovere*

volen-

volentem, hoc loco verum illius ſitum aperuiſſe, dum fingit anum cubiculariam regiam, in ſervitutem abductam ex illo oppoſitæ regionis tractu, quæ proprio vocabulo Epirus vocatur (ut & alibi ſcriptum eſt) commune cum univerſa terra nomen præferens.

Præterea dum Alcinous ſub ipſum initium lib. VIII. Odyſs. dicit:

Ἡμεῖς δ', ὡς τοπάρος περ, ἐποτρυνώμεθα πομπήν.
Οὐδὲ γὰρ οὐδέ τις ἄλλος, ὅτις κ' ἐμὰ δώμαθ' ἵκηται,
Ἐνθάδ' ὀδυρόμενος δηρὸν μένει εἵνεκα πομπῆς.
Nos vero, ut antea quidem, maturemus deductionem.
Neq. enim quiſquā alius, quicumq. meā domū pervenerit,
Hic lugens diu manet propter deductionem.

Hinc infert Euſtathius: Οὐκ ἄρα πάντη ἐκτετοπισμένοι ἦσαν κατὰ τὸν μῦθον· ἀλλ' ὑπεμφαίνει πȣ καὶ τὸ ἀληθὲς ὁ ποιητής. *Non igitur omnino ſummoti erant juxta fabulam; Poeta ſiquidem veritatem alicubi ſubindicat.*

Rurſus quod Odyſs. XIII. Phæaces Ithacæ portum ſubjiſſe dicuntur πρὶν εἰδότες, *cum antea ſcirent*, ad hunc locum ita Euſtathius: πόθεν δὲ εἰδότες ἢ πῶς, οὐ φησιν ὁ ποιητής· ἀλλ' ἀφίησι νοεῖν, ὅτι οἴδασιν, ὡς εἰκὸς, Φαίακες, Κερκυραῖοι ὄντες Ἰθακησίοις γείτονες. Τȣ̃ γὰρ ἐκτοπισμȣ̃ πλάσματος ὄντος, ἀληθές ἐστι τῆς κατὰ Φαιακίαν Κεφαλληνίας οὐ πολὺ ἀπέχειν τὴν Ἰθάκην. *Unde autem, aut quomodo ſcirent, Poeta non dicit; at intelligere ſinit, Phæacas, ut credibile eſt, ſciviſſe, utpote Corcyræos Ithacenſibus proximos. Etenim cum* ἐκτοπισμὸς *figmentum foret, id verum eſt, Ithacam non multum abeſſe a Cephallenia, quæ juxta Phæaciam ſita eſt.* Latini Homeri Interpretes ſenſu, ab allata Euſtathii interpretatione prorſus alieno, ver-

tunt τὸ, πρὶν εἰδότες: *priuſquam ſcirent*, ut legitur etiam in Joſuæ Barneſii Editione. Subdit Euſtathius: πάνυ πιθανῶς ἐνταῦθα ἐῤῥέθη τὸ, πρὶν εἰδότες, ἵνα εἰκοτολογηθῇ τὸ ἐν νυκτὶ τολμῆσαι τοὺς Φαίακας ἐπεῖξαι κατὰ τῆς χέρσου κώπαις ὅλαις τὴν νῆα. *Valde probabiliter hic dictum eſt, cum antea ſcirent, ut veri ſimilitudinem conſequatur, Phæacas auſos fuiſſe noctis tempore navim ad terram ſolis remis impellere.*

Novo documento verum Scheriæ ſitum deprehendere ſibi videtur Euſtathius, dum Poeta Neptuni minas, de quibus ſuo loco, de illa delenda exponens, an eæ ad exitum perductæ fuerint, inexplicatum relinquit: Οὐ τολμᾷ μέν τοι (inquit Euſtathius) καὶ εἰπεῖν ἐκβῆναι ἀπειλὴν εἰς τέλος, τὸ τῆς ἱστορίας δυσωπούμενος ἀληθές. Η γὰρ τῶν Φαιάκων σώζεται φανερῶς. *Non audet equidem aſſerere, minas illas re ipſa impletas fuiſſe, ſubveritus hiſtoriæ veritatem. Siquidem manifeſtum eſt, Phæaciam adhuc ſupereſſe.* Quod addit ibi Euſtathius: λίθον ἐκεῖ που περίοπτον, κείμενον ἐν θαλάσσῃ περὶ Κέρκυραν, νηὸς φαντασίαν πέμπειν, *eo in mari lapidem, undique conſpicuum, circa Corcyram ſpeciem navigii præbere*, id, inquam, multo ante ipſum prodiderat Plinius libro IV. cap. XII. his verbis: *A Phalacro Corcyræ promontorio ſcopulus, in quem mutatam Ulyſſis navem a ſimili ſpecie fabula eſt*. Id ipſum Polyhiſtor, & Solinus prodiderunt.

Verum enimvero nuſquam manifeſtius verum Scheriæ ſitum aperuiſſe Homerus mihi videtur, quam in illis Odyſs. XIV. ubi Ulyſſes, ſub mendici Cretenſis ſpecie latitans, quæ ſibi apud Phæacas acciderant, obſcure quidem, falſa ſcilicet veris intertexens, Eumæo ſignificat,

at

at ſatis aperte ad rem, de qua agitur, demonſtrandam:

Εννῆμαρ φερόμην, δεκάτῃ δέ με νυκτὶ μελαίνῃ
Γαίῃ Θεσπρωτῶν πέλασεν μέγα κῦμα κυλίνδον.
Ενθά με Θεσπρωτῶν βασιλεὺς ἐκομίσσατο Φείδων
Ηρως ἀπριάτην· τοῦ γὰρ φίλος υἱὸς ἐπελθὼν
Αἴθρῳ, καὶ καμάτῳ δεδμημένον ἦγεν ἐς οἶκον.

. . . .

Ενθ' Οδυσῆος ἐγὼ πυθόμην· κεῖνος γὰρ ἔφασκεν
Ξεινίσαι, ἠδὲ φιλῆσαι ἰόντ' ἐς πατρίδα γαῖαν.

. . . .

Τὸν δ' ἐς Δωδώνην φάτο βήμεναι, ὄφρα θεοῖο
Εκ δρυὸς ὑψικόμοιο Διὸς βουλὴν ἐπακούσῃ,
Οπως νοστήσῃ Ιθάκης ἐς πίονα δῆμον.

Novem diebus ferebar, decima autem me nocte nigra
Terræ Theſprotorum applicuit magna unda verſans.
Tunc me Theſprotorum rex accepit Phidon
Heros gratis; hujus enim dilectus filius ſuperveniens
Frigore & labore afflictum duxit in domum.

. . . .

Ibi de Ulyſſe ego audivi; ille enim dixit
Hoſpitio ſe illum ſuſcepiſſe, & dilexiſſe euntem in patriam terram.

. . . .

Hunc in Dodonem dicebat iviſſe, ut Dei
Ex quercu procera Jovis ſenſum audiret,
Quomodo rediret Ithacæ in fertilem agrum.

Theſprotorum terra, & Dodonæi Jovis ædes, in oppoſita Corcyræ Epiro ſitæ, certo certius evincunt, Poetam ſub Scheriæ vocabulo non aliam inſulam, quam Corcyram, ſub Phæacum non alios populos, quam Corcyræos deſignaſſe.

CAPUT VII.

Urbis Corcyræ deſcriptio. Item regiarum ædium. Item hortorum Alcinoi. Parœmia, Alcinoi horti. *Alia*, Alcinoo poma dare. *Corcyra dicta* ἀμφιλαφὴς *ſeu ob ſoli ubertatem., ſeu ob duplicem portum. Tertium portum commemorat Scylax.*

OMni igitur de Scheriæ ſitu dubitatione amota, modo Urbem Inſulæ principem, regium palatium, Alcinoi hortos ingrediamur, atque contemplemur, Homericis carminibus repræſentata. Urbis formam Nauſicaa Ulyſſi ita deſcribit Odyſs. vi.

. . . . . . ἐγὼ δ' ὁδὸν ἡγεμονεύσω·
Αὐτὰρ ἐπὴν πόλεως ἐπιβήσομεν, ἣν πέρι πύργος
Ὑψηλὸς, καλὸς δὲ λιμὴν ἑκάτερθε πόληος,
Λεπτὴ δ' εἰσίθμη· νῆες δ' ὁδὸν ἀμφιέλισσαι
Εἰρύαται· πᾶσιν γὰρ ἐπίςιόν ἐςιν ἑκάςῳ.
Ενθάδε τέ σφ' ἀγορὴ, καλὸν Ποσιδήϊον ἀμφὶς,
Ρυτοῖσιν λάεσσι κατωρυχέεσσ' ἀραρῦα.
Ενθάδε νηῶν ὅπλα μελαινάων ἀλέγουσι,
Πείσματα, ϗ σπείρας, ϗ ἀποξύνουσιν ἐρετμά.
. . . . . . ego utique viam præibo:
Ceterum poſtquam ad Urbem conſcenderimus, circa quam turres
Altæ, pulcherque portus ab utroque latere Urbis;
Arctus item introitus; naveſque per viam utrimque agitatæ

Sub-

Subducuntur; omnibus enim ſtatio eſt unicuique.
Ibi & ipſis forum eſt, pulchrum Neptuni circa templũ,
Ingentibus lapidibus exciſis locatum.
Ibi navium armamenta nigrarum curant,
Rudentes, & ſpiras; & poliunt remos.

Ulyſſes, ut primum Urbem ingreſſus eſt, mirabatur ex Odyſs. VII.

. . . . . . λιμένας ϰ̀ νῆας ἐίσας,
Αὐτῶν θ' ἡρώων ἀγορὰς, ϰ̀ τείχεα μακρὰ,
Ὑψηλὰ, σκολόπεσσιν ἀρηρότα, θαῦμα ἰδέσθαι.
. . . . . . *portus, & naves æquatas,*
Ipſorumque principum curias, & mœnia longa,
Sublimia, vallis munita, mirabile viſu.

At nihil in ea Urbe mirabilius Alcinoi ædibus. Quare Nauſicaa ad Ulyſſem Odyſs. VI.

Καὶ τότε Φαιήκων ἴμεν ἐς πόλιν, ἠδ' ἐρέεσθαι
Δώματα πατρός ἐμȣ̃ μεγαλήτορος Ἀλκινόοιο.
Ῥεῖα δ' ἀρίγνωτ' ἐςὶ, ϰ̀ ἂν πάϊς ἡγήσαιτο
Νήπιος· ȣ̓ μὲν γάρ τι ἐοικότα τοῖσι τέτυκται
Δώματα Φαιήκων, οἷος δόμος Ἀλκινόοιο
Ἥρωος.
Tum Phæacum eas ad Urbem, atque require
Ædes patris mei magnanimi Alcinoi.
Faciles enim cognitu ſunt, & vel puer duceret
Infans: neque ullo pacto ſimiles illis ſunt
Ædes Phæacum, qualis domus Alcinoi
Herois.

Renidebant undique hujuſmodi ædes auro, argento, ære, gemma, ac lapide pretioſo; quarum propterea magnificentiam, atque elegantiam Ulyſ-

ſes vehementer ſuſpexit ex Odyſs. VII.

. . . . αὐτὰρ Ὀδυσσεὺς

Ἀλκινόου πρὸς δώματ' ἴε κλυτά. πολλὰ δέ οἱ κῆρ

Ὥρμαιν' ἱσταμένῳ, πρὶν χάλκεον οὐδὸν ἱκέσθαι.

Ὥς τε γὰρ ἠελίου αἴγλη πέλεν, ἠὲ σελήνης

Δῶμα καθ' ὑψερεφὲς μεγαλήτορος Ἀλκινόοιο.

Χάλκεοι μὲν γὰρ τοῖχοι ἐληλάδατ' ἔνθα καὶ ἔνθα

Ἐς μυχὸν ἐξ οὐδοῦ· περὶ δὲ θριγκὸς κυάνοιο·

Χρύσειαι δὲ θύραι πυκινὸν δόμον ἐντὸς ἔεργον·

Σταθμοὶ δ' ἀργύρεοι ἐν χαλκέῳ ἕστασαν οὐδῷ,

Ἀργύρεον δ' ἐφ' ὑπερθύριον, χρυσέη δὲ κορώνη·

Χρύσειοι δ' ἑκάτερθε καὶ ἀργύρεοι κύνες ἦσαν,

Οὓς Ἥφαιστος ἔτευξ' εἰδυίῃσι πραπίδεσσι,

Δῶμα φυλασσέμεναι μεγαλήτορος Ἀλκινόοιο,

Ἀθανάτους ὄντας, καὶ ἀγήρως ἤματα πάντα.

Ἐν δὲ θρόνοι περὶ τοῖχον ἐρηρέδατ' ἔνθα καὶ ἔνθα

Ἐς μυχὸν ἐξ οὐδοῖο διαμπερές· ἔνθ' ἐνὶ πέπλοι

Λεπτοὶ ἐΰννητοι βεβλήατο, ἔργα γυναικῶν.

. . . . *ſed Ulyſſes.*

Alcinoi ad domum ibat inclytam: plurima vero illi cor

Cogitabat ſtanti, priuſquam ad æreum pavimentum veniſſet.

Inſtar enim ſolis ſplendor erat, aut lunæ

Domum per excelſam magnanimi Alcinoi.

Ærei enim parietes ducebantur hinc atque hinc

In intimum receſſum a limine: pinnaculum autem ex cyano;

Aureæ vero fores firmam domum intus claudebant;

Poſtes item argentei in æreo ſtabant limine,

Argenteum quoque ſuperliminare, aurea item cornix:

Aurei

Aurei utrimque, & argentei canes erant,
Quos Vulcanus fecerat peritis præcordiis,
Domum ut cuſtodirent magnanimi Alcinoi,
Immortales exiſtentes, & ſenio non obnoxios dies omnes.
Intus ſolia circa murum firmata erant hinc atque hinc
Ad intimum ſeceſſum a limine: ubi ſuper iis *pulvilli*
Tenues bene neti ſtrati erant, opera mulierum.

Ædium magnificentiæ, & elegantiæ affatim reſpondere horti lautitias, atque delicias, Ulyſſes deprehendit. Percelebres hæ deliciæ doctiſſimum Virum R. P. Boniour ad exiſtimandum induxerunt, Alcinoi hortos ex Biblica Paradiſi terreſtris deſcriptione efformatos. Eædem vulgatam illam parœmiam pepererunt, *Alcinoi horti*. Unde obvia ſunt apud veteres Poetas, præſertim Latinos, Phæacum, ſeu Alcinoi pomariorum fertilitatis encomia. Ovidius Metamorph. XIII.

Proxima Phæacum, felicibus obſita pomis,
Rura petunt.

Juvenalis Satyra V.

. . . . . . *illa jubebit*
Poma dari, quorum ſolo paſcaris odore,
Qualia perpetuus Phæacum autumnus habebat.

Propertius lib. 3. Eleg. 1.

Nec mea Phæacas æquant pomaria ſylvas.

Papinius lib. 1. ſylv. III.

Quid bifera Alcinoi referam pomaria? voſque,
Qui numquam vacui prodiſtis in æthera, rami?

Aliud

Digitized by Google

Aliud exinde adagium, *Alcinoo poma dare*, quando tenuis rei, vel facultatis homo magis opibus abundanti, ejuſque, quod datur, largiſſime diviti, munus aliquod offert, dedicatque. Quare Martialis lib. VII. ad Caſtricum:

Tam mala cur igitur dederim tibi carmina, quæris?
Alcinoo nullum poma dediſſe putas?

Videſis ad utrumque adagium Hadr. Junii Centurias.

De Alcinoi hortorum deliciis ita Homerus eodem loco:

Εκτοσθεν δ' αὐλῆς μέγας ὄρχατος ἄγχι θυράων
Τετράγυος· περὶ δ' ἕρκος ἐλήλαται ἀμφοτέρωθεν.
Ενθάδε δένδρεα μακρὰ πεφύκει τηλεθόωντα,
Οχναι, καὶ ῥοιαὶ, καὶ μηλέαι ἀγλαόκαρποι,
Συκαῖ τε γλυκεραὶ, καὶ ἐλαῖαι τηλεθόωσαι.
Τάων οὔποτε καρπὸς ἀπόλλυται, οὐδ' ἀπολείπει
Χείματος, οὐδὲ θέρευς, ἐπετήσιος· ἀλλὰ μάλ' αἰεὶ
Ζεφυρίη πνείουσα, τὰ μὲν φύει, ἄλλα δὲ πέσσει.
Οχνη ἐπ' ὄχνῃ γηράσκει, μῆλον δ' ἐπὶ μήλῳ,
Αὐτὰρ ἐπὶ σταφυλῇ σταφυλὴ, σῦκον δ' ἐπὶ σύκῳ.
Ενθάδε οἱ πολύκαρπος ἀλωὴ ἐῤῥίζωται·
Τῆς ἕτερον μὲν θειλόπεδον λευρῷ ἐνὶ χώρῳ
Τέρσεται ἠελίῳ· ἑτέρας δ' ἄρα τὲ τρυγόωσιν,
Αλλας δὲ τραπέουσι, πάροιθε δέ τ' ὄμφακές εἰσιν,
Ανθος ἀφιεῖσαι, ἕτεραι δ' ὑποπερκάζουσιν.
Ενθάδε κοσμηταὶ πρασιαὶ παρὰ νείατον ὄρχον
Παντοῖαι πεφύασιν, ἐπηετανὸν γανόωσαι.
Εν δὲ δύω κρῆναι, ἡ μέν τ' ἀνὰ κῆπον ἅπαντα
Σκίδναται, ἡ δ' ἑτέρωθεν ὑπ' αὐλῆς οὐδὸν ἵησι
Πρὸς δόμον ὑψηλὸν, ὅθεν ὑδρεύοντο πολῖται.

Extra

Extra vero aulam ingens hortus prope januas
Quatuor jugerum: circa autem ſeptum deductum eſt
utrimque.
Ibi arbores proceræ creſcebant florentes,
Pirus, & malus punica, & aliæ *mali pulchrum fru-*
ctum producentes,
Ficuſque dulces, & oleæ vireſcentes.
Ex iis fructus numquam perit, neque deficit
Hyeme, neque æſtate, toto anno durans; ſed ſane ſemper
Zephyrus ſpirans hæc creſcere facit, aliaque ma-
tureſcere.
Pirus poſt pirum ſeneſcit, pomum poſt pomum,
Porro poſt uvam uva, ficuſque poſt ficum.
Ibi ei fructuoſa vinea plantabatur:
Hujus alterum quidem apricum ſolum lato in loco
Areſcit ſole; alias ſane vindemiant,
Alias item calcant, ulterius tamen uvæ immaturæ ſunt,
Florem emittentes, nonnullæ jam ſubmatureſcunt.
Ibi exculti horti ad extremam ſeriem
Omnis generis producuntur, toto anno florentes.
Duo præterea fontes aderant, alter quidem per hor-
tum univerſum
Diſpergitur; alter autem ex altera parte ſub aulæ
limen vadit
Ad domum excelſam, unde aquabantur cives.

Dionyſius Periegetes Corcyram λιπαρὰν dixit διὰ τὸ πολύκαρπόν τε καὶ εὔκαρπον, *propter fructuum abundantiam, & bonitatem*, ut Euſtathius ejus Scholiaſtes interpretatur. Eamdem πίειραν dicit Apollonius Argon. lib. IV. Αμφιλαφὴς, πίειρα, *Copioſa,*

Digitized by Google

pinguis. Vocem tamen ἀμφιλαφὴς alio modo interpretatur Apollonii Scholiaſtes, ad eum locum ita ſcribens: Ἀμφιλαφὴς, ἀμφοτέρωθεν ἐπιτηδείως πρὸς ὅρμον ἔχουσα. Καλλίμαχος δὲ ἀμφίδυμον εἶπε τὸν ἀμφιλαφῆ λιμένα. Ἱστορικῶς δὲ Ἀπολλώνιος ἀμφιλαφῆ τὸν λιμένα φησίν. Ἱστορεῖ δὲ περὶ τοῦ λιμένος τῶν Φαιάκων Ἀπολλωνίδης ἐν τῷ περίπλῳ τῆς Εὐρώπης. Ἀμφιλαφὴς, *utrimque commodam navibus ſtationem præbens. Callimachus autem portum* ἀμφιλαφῆ *dixit* ἀμφίδυμον, *geminos aditus habentem. Apollonius portum hiſtorice vocat* ἀμφιλαφῆ. *Phæacum autem portum commemorat Apollonides in Periplo Europæ.* Ab utroque latere Urbis Phæaciam portum habuiſſe, Homerus ſuperius tradidit. Tertium addit Scylax Caryandenſis in Periplo: Κατὰ δὲ Χαονίαν νῆσος ἐστὶ Κόρκυρα, καὶ πόλις ἑλληνὶς ἐν ταύτῃ, λιμένας ἔχουσα τρεῖς κατὰ τὴν πόλιν. Τούτων ὁ εἷς κάλλιστος. *Ad Chaoniam inſula eſt Corcyra, & civitas Græca in ea, tres habens portus juxta civitatem. Horum unus pulcherrimus.* Corcyræ portum *dulcem dictum*, τὸν γλυκὺν ὠνομασμένον memorat Dio Caſ. lib. L. & nominis cauſam aſſignat, *quia a fluvio, eo effluente, dulcis ei aqua redditur*, ὅτι πρὸς τοῦ ποταμοῦ τοῦ ἐς αὐτὸν ἐσβάλλοντος γλυκαίνεται.

Placet hic addere, regionis illius amœnitate magnopere captum fuiſſe T. Pomponium Atticum, ut ex pluribus Ciceronis ad eum Epiſtolis colligitur. Quin ipſe Cicero Attici muneribus opipare ſe epulatum fuiſſe Corcyræ *Saliarem in modum* ſcribit ad eumdem lib. v. ep. 9.

CA-

CAPUT VIII.

Religio Phæacum. Jupiter Caſius ab eis cultus. Item Neptunus, cujus iram placarunt. Item Corcyra nympha. Pariter Mercurius, Minerva, Apollo, Bacchus, Tioneus, Janus.

INſpectis jam Phæaciæ ſitu, ejuſque ædificiis, gens ipſa cum ſuo regimine, ac moribus inſpicienda venit. Equidem eam, quæ ad Deorum cultum pertinent, ſtudioſiſſime obſervaſſe, atque adminiſtraſſe, certiſſimo documento eſt appellatio ἀγχίθεοι, qua Phæacas ab Homero inſignitos ſuperius vidimus. Id ipſum probant frequentia apud ipſos ſacrificia, & libationes, de quibus Homerus. Quocirca Dii Phæacas, quod ab iis adeo religioſe colerentur, conſuetudine ſua in iis ſacrificiis dignabantur, teſte ipſo Alcinoo Odyſſ. VII.

Αἰεὶ γὰρ τοπάρος γὲ θεοὶ φαίνονται ἐναργεῖς
Ημῖν, εὖθ' ἔρδωμεν ἀγακλειτὰς ἑκατόμβας·
Δαίνυνταί τε παρ' ἄμμι καθήμενοι, ἔνθα πὲρ ἡμεῖς.
Εἰ δ' ἄρα τὶς ϗ μοῦνος ἰὼν ξύμβληται ὁδίτης,
Οὔτι κατακρύπτουσιν· ἐπεὶ σφισιν ἐγγύθεν εἰμὲν,
Ωσπερ κύκλωπές τε ϗ ἄγρια φῦλα γιγάντων.
Semper enim antea dii apparent manifeſti
Nobis, quando facimus inclytas Hecatombas:
Convivanturque apud nos ſedentes, ubi & nos.
Si autem aliquis & ſolus iens occurrerit viator,

Nullo modo occultant ; quoniam ipſos prope ſumus ,
Quemadmodum Cyclopeſque, & agreſtes gentes Gigantū.

Id demum probat fiducia Deorum benevolentiæ, unde ſibi, locoque Phæaces ab hoſtium inſidiis cautum putabant. Propterea Nauſicaa ancillas, ne quid ab Ulyſſe timerent, commonefaciens, hæc loquitur Odyſs. VI.

Στῆτέ μοι, ἀμφίπολοι· πόσε φεύγετε, φῶτα ἰδοῦσαι;
Η μήπȣ τινὰ δυσμενέων φάσθ' ἔμμεναι ἀνδρῶν;
Οὐκ ἔσθ' ȣ̓̃τος ἀνὴρ διερὸς βροτὸς, ȣ̓δὲ γένηται,
Ος κεν Φαιήκων ἀνδρῶν ἐς γαῖαν ἵκηται,
Δηϊοτῆτα φέρων· μάλα γὰρ φίλοι ἀθανάτοισιν.
Siſtite mihi gradum, ancillæ; quo fugitis, virum intuitæ?
An ſcilicet aliquem hoſtium putatis eſſe virorum?
Non eſt hic vir vivus homo, neque eſſe poſſit,
Qui Phæacum ad terram veniat,
Hoſtilia inferens ; valde enim chari ſumus *immortalibus.*

Singulari autem religione, ceu tutelaria Numina, Jovem, Neptunum, Corcyram, Mercurium, Apollinem, Minervam, Bacchum, Tioneum, & Janum a Phæacibus cultos reperio. De ſingulis breviter.

Peculiarem Jovis cultum apud Phæacas viguiſſe, diſcimus ex templo, Jovi Caſio in ea inſula dicato, teſte Plinio lib. IV. cap. XII. Itidem ex pluribus nummis Corcyræorum, ab Andrea Marmora allatis, in quorum averſa parte legitur ; Ζεὺς Κάσιος, *Jupiter Caſius*. Præterea diſcimus ex bove mactato ab Alcinoo Odyſs. XIII. Ζηνὶ κελαινεφέϊ Κρονίδῃ, *Jovi nimboſo*

boſo Saturnio; ac demum ex Epigrammate Julii Polyæni in Anthol. lib. I. cap. XXXI. ubi Corcyræus Poeta: *Tametſi* (inquit) *o Jupiter, Scheriæ ſacrum ſolum regens, tuas aures repleat multiſonans aut metus deprecantium, aut gratia exorantium, ſed & nos audi.* En Græca:

Εἰ καί σευ πολύφωνος ἀεὶ πίμπλησιν ἀκουὰς
Ἢ φόβος εὐχομένων, ἢ χάρις εὐξαμένων,
Ζεῦ Σχερίης ἐφέπων ἱερὸν πέδον, ἀλλὰ καὶ ἡμέων
Κλῦθι.

Inter celebriora Jovis cognomina illud Caſii fuiſſe, prodit Lactantius de falſa relig. lib. I. cap. XXII. quod ei inditum fuiſſe a Caſio monte, & urbe Ægypti aſſerens ex Stephano de Urbib. Joſephus Iſæus ad eum Lactantii locum in Edit. Bat. cum Not. Var. ignoraſſe videtur, Caſium Jovem non in Ægypto tantum, ſed in Phæacia quoque cultum, ac templum obtinuiſſe; templum illud, ubi Nero ex Svetonio in ejus vita cap. XXII. *ut primum Caſſiopen trajecit, ſtatim ad aram Jovis Caſſii cantare auſpicatus eſt*. Diximus autem ſuperius, Caſſiopen celebre eſſe Corcyræ inſulæ oppidum; quod hic a Svetonio deſignari exiſtimo, licet alii intelligant urbem Caſſiopen, in oppoſita continenti ſitam. *Caſius*, & *Caſſius* promiſcue ſcribebantur.

Pariter, in Neptuni honorem cuſi a Phæacibus, nummi ab Andr. Marmora afferuntur; quem a gente illa impenſius cultum fuiſſe, credibile fit, tum quod eum generis ſui auctorem agnoſcerent, tum quod mari, quo Phæaces potiſſimum valebant, imperi-

peritaret. Neque vero Neptuni iræ adverſus Phæacas, a quibus ſe minime honorari apud Jovem querebatur Odyſs. XIII.

. . . . *μὲ βροτοὶ ὄτι τίουσι*
Φαίηκες, τοί πέρ τοι ἐμῆς ἐξ εἰσὶ γενέθλης
. . . . *me mortales minime honorant*
Phæaces, qui tamen meo orti ſunt ex genere.

Hæ, inquam, iræ, neque ſumpta de Phæacibus ultio, dum horum navim, ex Ithaca redeuntem

. . . *λᾶαν ἔθηκε, καὶ ἐῤῥίζωσεν ἔνερθε,*
Χειρὶ καταπρηνεῖ ἐλάσας.
. . . *lapidem fecit, & radicavit inferne,*
Manu prona feriens.

haudquaquam violatæ religionis reos peragunt Phæacas; quos certo conſtat in Ulyſſis deductione id in animo habuiſſe, ut hunc honore, non vero ut injuria Neptunum afficerent. Imo cum ſtatim Neptunum ſacrificiis placare ſuſceperint, & abſtinere a deductione hominum voverint, eum a ſe minime deſpici oſtenderunt. Alcinous enim, navem in lapidem converſam conſpiciens, mox Phæacibus hæc dixit:

Ἀλλ' ἄγεθ', ὡς ἂν ἐγὼν εἴπω, πειθώμεθα πάντες.
Πομπῆς μὲν παύσασθε βροτῶν, ὅτε κέν τις ἵκηται
Ἡμέτερον προτὶ ἄστυ. Ποσειδάωνι δὲ ταύρους
Δώδεκα κεκριμένους ἱερεύσομεν, αἴκ' ἐλεήσῃ,
Μηδ' ἡμῖν περίμηκες ὄρος πόλει ἀμφικαλύψῃ.
Sed age, ſicut ego dicam, parete omnes.
Deductionem quidem omittite hominum, cum forte
quis veniat
Noſtram ad civitatem. Neptunoque tauros

Duo-

Duodecim electos ſacrificemus, ſi miſereatur,
Neque nobis ingentem montem urbi impoſuerit.

Corcyræ nymphæ, Neptuni filiæ, divinos a Phæacibus honores delatos fuiſſe, colligitur ex pluribus Corcyræorum nummis apud Andr. Marmoram, ejus effigiem, & nomen præferentibus.

Sequitur Mercurius, cui libantes Phæacas Ulyſſes, regium palatium ingreſſus, invenit Odyſs. VII.

Εὗρε δὲ Φαιήκων ἡγήτορας, ἠδὲ μέδοντας
Σπένδοντας δεπάεσσιν ἐϋσκόπῳ Αργειφόντῃ,
Ω πυμάτῳ σπένδεσκον, ὅτε μνησαίατο κοίτου.
Invenit autem Phæacum ductores, atque conſiliarios
Libantes poculis ſpeculatori Mercurio,
Cui ultimo libabant, quando cogitabant de lecto.

Libationes, Mercurio a ſurgentibus convivis fieri ſolitas, memorat Athenæus lib. I. atque hanc rationem reddit: δοκεῖ γὰρ Ερμῆς ὕπνου προςάτης εἶναι, *videtur enim Mercurius ſomno præeſſe.*

Minervam etiam, & Apollinem Phæacibus in honore habitos fuiſſe, non aliunde colligo, quam ex illa Alcinoi, Ulyſſem ſibi in generum exoptantis, precatione Odyſs. VII.

Αἲ γὰρ, Ζεῦ τε πάτερ, καὶ Αθηναίη, καὶ Απολλον.
Utinam, Jupiter pater, & Minerva, & Apollo.

Baccho, ejuſque filio Tioneo quoſdam Corcyræorum nummos tribuit Andr. Marmora, propterea quod in antica juvenis effigies, in poſtica racemus, hedera, calices conſpiciantur. Teſtatur idem Auctor, in uno ex illis legi: Διονύσιος, *Dionyſius*; quomodo Bacchus cognominabatur. Præterea Alcinoi hortos ex

vitium

Digitized by Google

vitium etiam perenni ubertate commendatos vidimus ab Homero. Corcyræum vinum commendat quoque Athenæus lib. 1. inquiens: χαριέστατος δ' οἶνος εἰς παλαίωσιν ὁ Κερκυραῖος. *Corcyræum vinum vetus, jucundiſſimum.*

Alius demum nummus affertur a Marmora, in cujus antica Jani bifrontis effigies, in poſtica navis apparet, & inſcriptio: Κορκυραίων. Corcyræos in monetis navim pro inſigni adhibuiſſe, ſuperius indicatum eſt, eaque paſſim in illis occurrit. Item in Jani monetis navis apponebatur. Unde apud Ovidium lib. 1. Faſt.

Multa quidem didici. Sed cur navalis in ære
Altera ſignata eſt, altera forma biceps?
At bona poſteritas puppim formavit in ære,
Hoſpitis adventum teſtificata Dei.

Hanc tamen opinionem reprobat Plutarchus in Ῥωμαϊκοῖς ad Quæſtionem, Cur nummi veteres ab una parte haberent Ἰανοῦ διπρόσωπον εἰκόνα, *Jani bifrontis effigiem*, ex altera πλοίου πρύμναν ἢ πρῷραν ἐγκεχαραγμένην, *navis puppim, aut proram impreſſam.*

C A-

CAPUT IX.

Regimen Phæacum ex monarchico, & ariſtocratico dominatu coaleſcebat. Areta non omnino expers imperii. Quomodo intelligendum Sceptrigeri reges, *de Phæacum primatibus dictum.*

QUONIAM reges propius Deos attingunt, ex Phæacum religione ad eorum imperii ſtatum conſiderandum digredior. Optimatum gubernationem initio apud illos viguiſſe, colligit Plutarchus in Tractatu de Homero ex Alcinoi verbis Odyſs. lib.VIII.

Αλλ' ἄγε, οἱ δῶμεν ξεινήϊον, ὡς ἐπιεικές·
Δώδεκα γὰρ κατὰ δῆμον ἀριπρεπέες βασιλῆες
Αρχοὶ κραίνουσι, τρεισκαιδέκατος δ' ἐγὼ αὐτός.
Verum agite, ei demus hoſpitale munus, uti decet:
Duodecim enim in populo præclari reges
Principes imperant, tertiusdecimus autem ego ipſe.

Pariter regum nomine inſignitos Phæacum primates ſub ejuſdem libri initium reperimus, ubi Alcinous eos ita alloquitur:

Σκηπτοῦχοι βασιλῆες ἐμὰ πρὸς δώματα καλὰ
Ερχεσθ', ὄφρα ξεῖνον ἐνὶ μεγάροις φιλέωμεν.
Sceptrigeri reges ad meam domum pulchram
Veniatis, ut hoſpitem in regia amplectamur.

At ex aliis pluribus Odyſs. locis æque obvia ſunt monarchici regiminis documenta. Profecto Alcinous Ulyſſis deductionem, & quæcumque ad

K eam

eam pertinebant, pro regia poteſtate imperavit. Ipſe ex Odyſs. VII.

. . . . πᾶσι
Φαιήκεσσιν ἄνασσε, θεοῦ δ' ὡς δῆμος ἄκουεν.
. . . . *omnibus*
Phæacenſibus imperabat, & veluti Deum populus audiebat.

Itidem de Alcinoo Odyſs. VI.

Τοῦ δ' ἐκ Φαιήκων ἔχεται κάρτος τε, βίη τε.
Ex hoc Phæacum pendet & imperium, & potentia.

Ex monarchico, & ariſtocratico dominatu regimen Phæacum coaluiſſe, quin etiam ex muliebri, exiſtimat Euſtathius. Namque ad poſtremum Homeri verſum hæc habet: Ἰστέον δὲ, ὅτι εἰπεῖν, ὡς ἐξ Ἀλκινόου ἔχεται, ἤτοι ἐξέχεται, καὶ ἤρτηται τοῦ Ἀλκινόου τῶν Φαιάκων ἀρχὴ, ὃ δὴ καὶ ἐν τοῖς μετὰ ταῦτα ῥηθήσεται, βασιλέα ὑποβάλλει Φαιάκων νοεῖν τὸν Ἀλκίνοον. Ἐν δὲ τοῖς ἑξῆς ἀριστοκρατεία ἐμφαίνεται παρὰ Φαίαξιν, ἔνθα τρισκαίδεκα ἰσοριθμήσονται βασιλεῖς. Καὶ ἔστιν οἷον συνέλευσις ἐν τούτοις βασιλείας τε καὶ ἀριστοκρατείας, ὁποῖόν τι καὶ περὶ Λακεδαίμονα ὕστερον τὸ κατὰ τοὺς Ἐφόρους, καὶ τοὺς βασιλεῖς. Εἰ δὲ ὑπερέχει μὲν τῶν ἄλλων Ἀλκίνοος, αὐτὸς δὲ πείθεται, ὡς φανεῖται, οἷς ἡ γυνὴ Ἀρήτη βούλεται· εἴποι ἄν τις γυναικοκρατεῖσθαι τὴν γῆν τῶν Φαιάκων. *Sciendum vero, dum dicitur ex Alcinoo pendere Phæacum imperium, id, quemadmodum in ſubſequentibus demonſtrabitur, Alcinoum nobis exhibere Phæacum regem. Poſtea vero, ubi tredecim reges memorabuntur, ariſtocratia apud Phæacas apparet. Eſt itaque in his regni, & ariſtocratiæ quædam conjunctio, cujuſmodi poſtea Lacedæmone obtinuit*

Digitized by Google

ſub Ephoris, atque Regibus. Quoniam autem reliquis ſupereminet Alcinous, ipſe tamen, ut patebit, Aretæ voluntati obtemperat; inde quis diceret, Phæacum terram muliebri dominatui ſubjectam fuiſſe.

Poſtremum hoc dominationis genus adſtruere videntur verba illa de Areta Odyſs. VII.

. . . . τὴν δ᾽ Ἀλκίνοος ποιήσατ᾽ ἄκοιτιν,
Καί μιν ἔτισ᾽, ὡς οὔτις ἐπὶ χθονὶ τίεται ἄλλη,
Οσσαι νυῦ γε γυναῖκες ὑπ᾽ ἀνδράσιν οἶκον ἔχουσιν,
Ως κείνη περὶ κῆρι τετίμηταί τε, καὶ ἐςὶν,
Εκ τε φίλων παίδων, ἔκ τ᾽ αὐτοῦ Ἀλκινόοιο,
Καὶ λαῶν, οἵ μίν ῥα, θεὸν ὥς, εἰσορόωντες,
Δειδέχαται μύθοισιν, ὅτε ςείχησ᾽ ἀνὰ ἄςυ.
Οὐ μὲν γάρ τι νόου γε καὶ αὐτὴ δεύεται ἐσθλοῦ,
Οἷσίν τ᾽ εὖ φρονέῃσι, καὶ ἀνδράσι νείκεα λύει.

. . . . hanc Alcinous duxit uxorem,
Et ipſam honorabat, ut nulla ſuper terram honoratur alia,
Quotquot nunc mulieres ſub viris domum habent,
Quemadmodum illa ex animo honorabatur, & etiamnum in honore *eſt*,
Cum a charis liberis, tum ab ipſo Alcinoo,
Et civibus, qui ipſam ſane veluti deam ſuſpicientes,
Excipiunt vocibus fauſtis, *cum incedit per urbem.*
Minime enim mente etiam ipſa eget bona,
Quibuſque bene vult, etiam viris lites ſolvit.

At licet Aretæ conſiliorum magna in Phæacum imperio haberi ratio ſoleret, attamen omnia ad arbitrium Alcinoi ibi peragebantur. Unde Odyſs. XI. ad Aretæ opinionem de protrahenda Ulyſſis dedu-

K 2 ctione

ctione ita interfatus eſt ſenex Echeneus:

Ω φίλοι, οὐ μὰν ὔμμιν ἀπὸ σκοποῦ, οὐδ' ἀπὸ δόξης
Μυθεῖται βασίλεια περίφρων· ἀλλὰ πίθεσθε·
Ἀλκινόου δ' ἐκ τοῦδ' ἔχεται ἔργον τὲ, ἔπος τέ.
O amici, non ſcilicet vobis a ſcopo, & præter opinionem
Loquitur regina prudens: ſed obedite:
Alcinoo autem ex ipſo ſequetur opuſque, dictumque.

Alcinous vero pro regia poteſtate ſubjunxit:

Τοῦτο μὲν οὕτω δὴ ἔσαι ἔπος, αἴκεν ἔγωγε
Ζωὸς Φαιήκεσσι φιληρέτμοισιν ἀνάσσω.
Hæc utique ita erit res, ſi modo ego
Vivus Phæacibus navigandi peritis imperem.

Subditque:

. . . . πομπὴ δ' ἄνδρεσσι μελήσει
Πᾶσι, μάλιςα δ' ἐμοί· τοῦ γὰρ κράτος ἔς' ἐνὶ δήμῳ.
. . . . *deductio enim viris curæ erit*
Omnibus, potiſſimum autem mihi; hujus enim imperium eſt in populo.

Idem Euſtathius ad verba paulo ante allata, Σκηπτοῦχοι βασιλῆες, *Sceptrigeri reges*, ita notat: Σκηπτούχους βασιλεῖς λέγει τοὺς δώδεκα, οἳ συνάρχουσι τῷ Ἀλκινόῳ, οὐκ ἀποςερήσας οὐδ' αὐτοὺς τῆς βασιλικῆς κλήσεως, εἰ καὶ ὑπερέχει ὁ Ἀλκίνοος. Ὑποκαταβὰς δὲ, σκηπτούχους μόνον αὐτοὺς λέγει, ἐλλείψας τὸ, βασιλεῖς, οὓς καὶ ἕπεσθαι ἡγουμένῳ Ἀλκινόῳ λέγει, ὡς ἐλάττονας μείζονι. *Sceptrigeros reges vocat duodecim illos, qui una cum Alcinoo principatum tenent, ipſos regia nuncupatione haudquaquam privans, licet Alcinous excellat. Inferius autem vocat eos tantum Sceptrigeros, omittens, reges, quos & præeuntem Alcinoum ſequi dicit, ceu inferiores majorem.*

Ως

Ὡς ἄρα φωνήσας ἡγήσατο, τοὶ δ' ἅμ' ἕποντο
Σκηπτοῦχοι.
Sic certe locutus præibat, illi ſimul ſequebantur
Sceptrigeri.

Equidem non conſilio tantum, ſed & imperio Alcinoum Sceptrigeris illis præiviſſe, vox illa ejuſdem demonſtrat: Μηδέ τις ἀρνείσθω, *Neque quiſquam recuſet.*

Sceptrum autem, licet plerumque pro regni inſigni haberetur, attamen ab Judicibus quoque geſtari ſolitum conſtat. Unde Achilles Iliad. 1. de ſuo inquit:

. . . . νῦν αὖτέ μιν υἷες Ἀχαιῶν
Ἐν παλάμαις φορέουσι δικασπόλοι, οἵ τε θέμιστας
Πρὸς διὸς εἰρύαται.
. . . . nunc iterum ipſum filii Achivorum
In manibus portant Judices, quique leges
A Jove acceptas protegunt.

Ad quem locum Euſtathius: Ἐστι γὰρ τὸ σκῆπτρον οὐ μόνον βασιλείας, ἀλλὰ καὶ θέμιδος σύμβολον. *Eſt enim ſceptrum non ſolum regni, ſed & juſtitiæ ſymbolum.*

Certiora de veteri Phæacum imperii ſtatu Ariſtotelis liber, Περὶ τῆς Κερκυραίων πολιτείας, *De Corcyræorum politia*, nobis ſuggeſſiſſet, qui non in hac tantum, ſed in omni Corcyræarum antiquitatum explanatione nobis utramque, ut ajunt, paginam faceret, ſi exſtaret.

CA-

Digitized by Google

CAPUT X.

Phæacum humanitas erga hoſpites, quos ad ſua tecta deducebant. Exinde Neptunus illis infeſtus. Ea laus ad Inſulæ principes, non vero ad univerſam gentem ſpectabat, cui hoſpites parum accepti. Epitheton κακοξεινοτάτη, *in quibuſdam Callimachi codicibus MSS. Corcyræ tributum, a Spanhemio nimia confidentia in alium oppoſitum commutatur. Ingenua Phæacum fidelitas.*

QUÆCUMQUE fuerit priſca illius regiminis forma, id pro comperto habemus, primos ejus Inſulæ reges præclaram ſibi famam ex hoſpitalitatis laude peperiſſe. Quam hoſpitalitatem ſtudioſe iſtos affectatos fuiſſe, jam nobis palam oſtenderunt Argonautarum primum, dein Ulyſſis ad Phæaciam appulſus, necnon indicata ſuperius Rhadamanti deductio. Phæaces enim, teſte Alcinoo Odyſs. VII.

. . . . . . ξανθὸν Ραδάμανθυν.
Ηγον, ἐποψόμενον Τιτυὸν, Γαιήιον υἱόν.
. . . . *flavum Rhadamantum*
Duxerunt, inviſurum Tityum, Terræ filium.

Eamdem præterea demonſtrarunt, quæ Alcinoum aſſeverantem audivimus, primo de hoſpitibus, qui ſoli per Phæaciam pergerent, ſolitis ſibi a Diis manifeſtari Odyſs. VII.

Εἰ δ' ἄρα τὶς καὶ μοῦνος ἰὼν ξύμβληται ὁδίτης,
Οὔτι κατακρύπτουσιν·

Si

Si autem aliquis & ſolus iens occurrerit viator,
Nullo modo occultant.

Tum Odyſs. VIII. de exhibita paſſim a Phæacibus deductione hoſpitibus, eam poſtulantibus; quorum nemo, ait Alcinous:

Ενθαδ' ὀδυρόμενος δηρὸν μένει εἵνεκα πομπῆς.
Hic lugens diu manet propter deductionem.

Demum Odyſs. XIII. de Neptuno placando, omiſſa imposterum hominum deductione:

Πομπῆς μὲν παύσασθε βροτῶν, ὅτε κέν τις ἵκηται
Ημέτερον προτὶ ἄςυ.
Deductionem quidem omittite hominum, cum forte quis veniat
Noſtram ad civitatem.

Etenim non ſolam Ulyſſis deductionem a Neptuno Phæacibus crimini datam fuiſſe, probant illa Neptuni verba eodem Odyſs. libro, eorum navi exitium parantis:

. . . . ἵν' ἤδη σχῶνται, ἀπολλήξωσι δὲ πομπῆς
Ανθρώπων.
. . . . *ut jam abſtineant, deſiſtantque a deductione*
Hominum.

Necnon ibidem alia Alcinoi, antiquum patris ſui vaticinium memorantis:

. . . . ὃς ἔφασκε Ποσειδάων' ἀγάσασθαι
Ημῖν, ἕνεκα πομποὶ ἀπήμονες εἰμὲν ἁπάντων.
. . . . *qui dixit Neptunum iratum fore*
Nobis, quoniam deductores innocui ſumus omnium.

Magna Phæacum principum erga hoſpites, domus, ac rei inopes humanitas inde proficiſcebatur, quod

quod crederent, Deos horum curam gerere. Unde Nauſicaa ad ancillas Odyſs. VI.

Ἀλλ' ὅδε τὶς δύϛηνος ἀλώμενος ἐνθάδ' ἱκάνει,
Τὸν νῦν χρὴ κομέειν. πρὸς γὰρ διός εἰσιν ἅπαντες
Ξεῖνοί τε, πτωχοί τε.
Verum hic aliquis infelix errans huc venit,
Quem nunc oportet curare. A Jove enim ſunt omnes
Hoſpites, & egeni.

Iridem proficiſcebatur ex commiſerationis ſenſibus erga indigos, & ſupplices, ab ipſa natura in homine inſitis. Itaque regia puella ad Ulyſſem paulo ante verſus modo laudatos:

Νῦν δ', ἐπεὶ ἡμετέρην τὲ πόλιν ϗ γαῖαν ἱκάνεις,
Οὔτ' ἂν ἐσθῆτος δευήσεαι, ὔτε τεῦ ἄλλυ,
Ὧν ἐπέοιχ' ἱκέτην ταλαπείριον ἀντιάσαντα.
Nunc vero, quum ad noſtram & urbem, & terram venis,
Neque veſtium indigebis, neque alicujus alterius rei
Earum, quæ decent ſupplicem miſerum occurrentem.

Et Alcinous Odyſs. IX.

Ἀντὶ κασιγνήτυ ξεῖνός θ' ἱκέτης τὲ τέτυκται
Ἀνέρι, ὅς' ὀλίγον πὲρ ἐπιψαύει πραπίδεσσι.
Inſtar fratris & hoſpes, & ſupplex eſt factus
Viro, qui etiam vel paululum attingit mente.

Hanc tamen hoſpitalitatis laudem ad Inſulæ tantum principes, non vero ad univerſam gentem, quæ potius ab ea abhorreret, ſpectaſſe, plura ſunt apud Homerum, quæ conteſtantur. Ulyſſi, ad Urbem pergenti, Pallas multam caliginem circumfudiſſe dicitur Odyſs. VII.

Μήτις Φαιήκων μεγαθύμων ἀντιβολήσας

Κερ-

Κερτομέοι τ' ἐπέεσσι, καὶ ἐξερέοιθ', ὅτις εἴη.
Ne quis Phæacum inſolentium, obviam factus,
Convitiaretur verbis, & interrogaret, quiſnam eſſet.

Eadem ad Ulyſſem, de Alcinoi ædibus interrogantem, loco citato:

. . . . ἐγὼ δ' ὁδὸν ἡγεμονεύσω·
Μηδέ τιν' ἀνθρώπων προτιόσσεο, μηδ' ἐρέεινε.
Οὐ γὰρ ξείνους οἵδε μάλ' ἀνθρώπους ἀνέχονται,
Οὐδ' ἀγαπαζόμενοι φιλέουσ', ὅς κ' ἄλλοθεν ἔλθοι.
. . . . *ego enim viam monſtrabo;*
Neque quemquam hominum alloquere, neque interroga.
Non enim hoſpites hi clementer homines ſuſcipiunt,
Neque curantes amplectuntur, quicumque aliunde venerit.

Hoc diſcrimen inter principes, & populum Phæaciæ recte animadverterunt Homerici Scholiaſtæ, Didymus, & Euſtathius; quorum prior ad verba, οὐ γὰρ ξείνους, ita notat: Οὐ ξενίζουσι τοὺς ἀνθρώπους. Πῶς οὖν ἐν τοῖς ἑξῆς φιλοξενωτάτους λέγει; Ἢ τὸν μὲν ναυτικὸν ὄχλον τῷ ὄντι εἶναι ἀηδῆ, τοὺς δὲ βασιλεῖς φιλοξένους, ἢ ἴσως ἵνα φυλάξηται τινὸς πυθέσθαι, ἢ πρὸς ἕτερον καταχθῆναι. *Hoſpites non recipiunt. Quomodo igitur in ſubſequentibus eos maxime hoſpitales dicit? Aut quod nautica turba agreſtis foret, & aſpera, reges vero hoſpitales, aut forte ne quempiam interrogaret, neve ad alium diverteret.* Priorem interpretationem probat Euſtathius, inquiens: Τὸ δὲ οὐκ ἀνέχονται ξείνους, οὐδ' ἀγαπαζόμενοι φιλέουσιν, περὶ τοῦ κατὰ Φαίακας ναυτικοῦ ὄχλου λέγεται, ἤγουν τοῦ δήμου, ὡς καὶ πρὸ ὀλίγων ἐῤῥέθη. Εἰ γὰρ καὶ ἀγχίθεοι γεγάασιν οἱ Φαίακες, ἀλλ' οὐ πάν-

των τοῦτό ἐστι τὸ σεμνὸν, μόνε δὲ τοῦ βασιλικοῦ γένες. *Illud autem, non ſuſcipiunt hoſpites, neque curantes amplectuntur, de nautica Phæacum turba dicitur, ſcilicet de populo, quemadmodum paulo ante dictum eſt. Etſi enim Diis ſimiles fuerint Phæaces, at non omnium decus iſtud, ſed regiæ tantum ſtirpis.*

Quod diſcrimen Ezechieli Spanhemio minime innotuiſſe videtur, dum in Obſervationibus ad Hymnum Callimachi in Delum exulare prorſus jubet e verſu 156. lectionem κακοξεινωτάτη, *inhoſpitaliſſima*, quam aliquot illius Poetæ codices MSS. præferunt, ac omnino legi φιλοξεινωτάτη.

. . . Κέρκυρα φιλοξεινωτάτη ἄλλων.

. . . *Corcyra hoſpitalior ceteris omnibus.*

Objicit ſibi Spanhemius violatum a Corcyræis hoſpitium in Periandri filio, quem apud ipſos hoſpitantem, ac inde ad patrium Corinthi regimen capeſſendum evocatum, nefarie ab iis occiſum narrat Herodotus lib. III. cap. LIII. At, modo allatos ex Homero, textus apertiſſimos, itidem apertiſſimas Scholiaſtarum interpretationes in eoſdem potius, quam Periandri filii necem, objicere ſibi imprimis debuiſſet; quæ utique doctiſſimum Virum latere minime oportebat in Opere admirandæ eruditionis, & *quale hodie vix ſperare ab ullo mortalium audeamus* (cujuſmodi elogio exornatas Spanhemii Obſervationes in Callimachum ſuperius dixi) ſeu in Opere, in quo *e tot Obſervationibus nullam eſſe, quæ non ſummam ſpiret eruditionem*, traditur ab Auctore vitæ Spanhemii, alteri volumini de Præſt. & Uſu Numiſm. præfixæ.

fixæ. Lectionem φιλοξεινωτάτη haudquaquam reprobo; confidentiam reprobo, qua aliam κακοξεινωτάτη Spanhemius e codicibus MSS. eliminat. Eadem confidentia, ut ſuperius vidimus, Auctor hic, cetera eruditiſſimus, eliminatam voluit, tamquam mendoſam, lectionem Κέρκυρα, cum tamen genuinam eſſe certiſſimo conſtet. Modeſtius Anna Daceria, dum ſcribit: *φιλοξεινωτάτη. Legitur & κακοξεινωτάτη: vulgatam lectionem retinerem, φιλοξεινωτάτη: banc illi gloriam dedit Ulyſſis hoſpitium apud Alcinoum.* Addere potuiſſet, Argonautarum quoque, aliorumque. Diſſimulare nequeo, ex ipſa Argonautarum receptione, quæ ab Apollonio verſibus ſuperius recitatis deſcribitur, apertum reddi, non ad principes tantum, ſed ad populum etiam Phæaciæ hoſpitalitatis laudem ſpectaſſe.

At qui nauticæ Phæacum turbæ inhoſpitalitatis labem, Homerus, & Scholiaſtæ inſperſerunt, iidem ex ingenuæ fidelitatis merito ipſam commendant, propterea quod ad Ithacam appulſi Odyſs. XIII.

Πρῶτον Ὀδυσσῆα γλαφυρῆς ἐκ νηὸς ἄειραν,
Αὐτῷ σύν τε λίνῳ, καὶ ῥήγει σιγαλόεντι,
Κὰδ δ' ἄρ ἐπὶ ψαμάθῳ ἔθεσαν, δεδμημένον ὕπνῳ.
Ἐκ δὲ κτήματ' ἄειραν, ἅ οἱ Φαίηκες ἀγαυοὶ
Ὤπασαν οἴκαδ' ἰόντι, διὰ μεγάθυμον Ἀθήνην.
Καὶ τὰ μὲν οὖν παρὰ πυθμέν' ἐλαίης ἀθρόα θῆκαν
Ἐκτὸς ὁδοῦ, μή πού τις ὁδιτάων ἀνθρώπων,
Πρίν γ' Ὀδυσσῆ' ἔγρεσθαι, ἐπελθὼν δηλήσαιτο.
Primum Ulyſſem concava ex nave ſuſtulerunt,
Ipſo cumque lineo, & culcitra ſplendida,
Atque in arena depoſuerunt, captum ſomno.

Res autem extulerunt, quas Phæaces illuſtres
Dederant domum eunti, propter magnanimã Minervã.
Et has quidem porro apud radicem olivæ cumulatas poſuerunt
Extra viam, ne aliquis viatorum hominum,
Antequam Ulyſſes expergiſceretur, offendens violaret.

Quod nautæ Ulyſſi dormienti divitias, quas dono ab Alcinoo, & reliquis Phæacibus acceperat, ſine ullo dolo reſtituunt, res ipſa eorum fidem commendat; at a lucri ſtudio longiſſime abfuiſſe, probant Didymi, & Euſtathii interpretationes, dum cauſas quærunt, cur Ulyſſem hi nautæ, in arena deponentes, a ſomno minime excitaverint: Οὐ διανίςασαν αὐτὸν (ait Didymus) *παρὰ τȣ͂ μὴ δοκεῖν χάειν τῆς παραπομπῆς ἀπαιτεῖν. Non excitarunt autem ipſum, ne viderentur deductionis mercedem repoſcere.* Idem prorſus Euſtathius. Aliæ etiam hujuſce rei cauſæ ab utroque afferuntur.

Ariſtoteles in Arte Poet. de hac Ulyſſis expoſitione ita loquitur: *ἐπεὶ ϗ τὰ ἐν Οδυσσείᾳ ἄλογα, τὰ περὶ τὴν ἔκθεσιν, ὡς ȣ̓κ ἂν ἦν ἀνεκτὰ, εἰ αὐτὰ φαῦλος ποιητὴς ποίησῃ· νυῶ δὲ τοῖς ἄλλοις ἀγαθοῖς ὁ ποιητὴς ἀφανίζει ἡδυώων τὸ ἄτοπον, Quia quæ in Odyſſea ſunt ratione carentia, illa, inquam, quæ circa expoſitionem, nullo modo toleranda forent, ſi eorum auctor fuiſſet malus poeta; nunc autem aliis bonis Poeta abſurdum illud removet, adbibitis condimentis.* Videſis ad hunc locum Petrum Victorium in Comment.

CAPUT XI.

Phæaces nauticæ artis peritia excellunt. Incredibilis eorum navium celeritas in Rhadamanthi primum, dein in Ulyſſis deductione. Eaſdem Homerus intelligentiæ etiam compotes facit. Phæacum nomina peritiam illam demonſtrant.

QUANDOQUIDEM apud Phæacas præcipuum, ut vidimus, hoſpitalitatis genus, exterorum, ad eos confugientium, ſuam in patriam deductio, locus poſtulat, ut de nautica illorum ſcientia modo diſſeratur, in medium adductis Homeri carminibus; cumque de ea Poeta prodigioſa prorſus, atque incredibilia retulerit, eximiam prorſus fuiſſe inferemus.

Nauſicaa, poſtquam Ulyſſi formam urbis juxta ſuperius dicta expoſuiſſet, ſubdit Odyſs. VI.

Οὐ γὰρ Φαιήκεσσι μέλει βιὸς, ὐδὲ φαρέτρη,
Ἀλλ' ἱςοὶ, καὶ ἐρετμὰ νεῶν, καὶ νῆες ἐἶσαι,
Ἧισιν ἀγαλλόμενοι πολιὴν περόωσι θάλασσαν.
Non enim Phæacibus curæ eſt arcus, neque pharetra,
Sed mali, & remi navium, & naves æquatæ,
Quibus gaviſi penetrant ſpumoſum mare.

Pallas eumdem monens, ne, ad Alcinoi ædes divertens, quempiam de via interrogaret (de quo ſuperius) mox addit Odyſs. VII.

Νηυσὶ θοῇσιν τοίγε πεποιθότες ὠκείῃσιν,

Λαῖτ-

Λαῖτμα μέγ' ἐκπερόωσιν· ἐπεί σφισι δῶκ' Ἐνοσίχθων·
Τῶν νέες ὠκεῖαι, ὡσεὶ πτερὸν, ἠὲ νόημα.
Navibus celeribus iſti freti velocibus,
Undas ingentes tranant (nam id ipſis dedit Neptunus).
Quorum naves veloces, veluti penna, aut cogitatio.

Alcinous, eumdem de ſua in patriam deductione ſecurum reddens, eam naves ſuas præſtituras pollicetur, quamvis ultra Euboeam progredi oporteret. Phæaces enim nautæ, Rhadamanthum deducentes (ait ipſe Odyſs. VII.)

. . ἔνθ' ἦλθον, καὶ ἄτερ καμάτοιο τέλεσσαν
Ἤματι τῷ αὐτῷ, καὶ ἀπήγαγον οἶκον ὀπίσσω.
. . hinc venerunt, & abſque labore tranſnarunt
Die eo ipſo, & abduxerunt domum retro.

Notat Euſtathius, ſupra fidem hæc dici, niſi Phæaciarum navium celeritas vere fuerit, ὡσεὶ πτερὸν, ἠὲ νόημα, *veluti penna, aut cogitatio.*

Licet Corcyræ multo propior, quam Euboea, ſit Ithaca, pariter ſupra fidem eſt, Phæacas unius noctis navigatione e Corcyra ad Ithacam appuliſſe. Namque ex Odyſs. XII. cum poſt ſolis occaſum e Corcyra ſolviſſent,

Εὖτ' ἀστὴρ ὑπερέσχε φαάντατος, ὅστε μάλιστα
Ἔρχεται ἀγγέλλων φάος Ἠοῦς ἠριγενείης,
Τῆμος δὴ νήσῳ προσεπίλνατο ποντοπόρος νηῦς.
Quando ſtella exorta eſt lucidiſſima, quæ maxime
Venit nuncians lumen Auroræ mane genitæ,
Tunc jam inſulæ propinquabat, mare permeans, navis.

Id, inquam, ſupra fidem eſt: Ἀλλὰ (ait Euſtathius) τὸ πάνυ πολὺ τάχος τῶν Φαιακικῶν νηῶν εὐπαραδεκ-

τόν

τόν πως τὸν λόγον ποιεῖ. *Verumtamen magna admodum Phæaciarum navium celeritas efficit, ut ſermo aliqua ratione admitti poſſit.* Navis illius curſum accipitris volatu velociorem dixerat paulo ante Poeta:

. . . . οὐδέ κεν ἴρηξ
Κίρκος ὁμαρτήσειεν, ἐλαφρότατος πετεεινῶν.
. . . . *neque accipiter*
Circus aſſecutus fuiſſet, citiſſimus volucrum.

At nihil de iiſdem navibus fidem magis excellit, quam illud Alcinoi ad Ulyſſem Odyſs. VIII.

Εἰπὲ δέ μοι γαῖάν τε τεὴν, δῆμόν τε, πόλιν τε,
Ὄφρα σὲ τῇ πέμπωσι τιτυσκόμεναι φρεσὶ νῆες.
Οὐ γὰρ Φαιήκεσσι κυβερνητῆρες ἔασιν,
Οὐδέ τι πηδάλι' ἐστὶ, τά τ' ἄλλαι νῆες ἔχουσιν.
Ἀλλ' αὐταὶ ἴσασι νοήματα, καὶ φρένας ἀνδρῶν,
Καὶ πάντων ἴσασι πόλεις, καὶ πίονας ἀγροὺς
Ἀνθρώπων, καὶ λαῖτμα τάχισθ' ἁλὸς ἐκπερόωσιν,
Ἠέρι, καὶ νεφέλῃ κεκαλυμμέναι· οὐδέ ποτέ σφιν
Οὔτε τι πημανθῆναι ἔπι δέος, οὐδ' ἀπολέσθαι.
Dic etiã mihi terramque tuam, populumque, urbemque,
Ut te illuc mittant, conjectantes quaſi animo, naves.
Non enim Phæacibus gubernatores ſunt,
Neque ullo pacto gubernacula ſunt, quæ aliæ naves habent.
Sed ipſæ ſciunt propoſitum, & mentem virorum,
Et omnium ſciunt urbes, & pingues agros
Hominum: & undas celerrime maris tranant,
Caligine, & nebulis obtectæ: neque unquam ipſis
Neque damnum patiendi ſubeſt metus, multo minus pereundi.

Euſta-

Euſtathius ad hunc locum: Εντεῦθεν οἱ μεταγενέϛεροι, ἐπὶ πλέον ἄλλοθι τερατείας τραπόμενοι, φωνήεσσαν τῇ Αργοῖ τὴν τρόπιν, ὡς ἐκ τῆς Δωδωναίας δρυὸς, προσπλάττουσιν· ὃ δὴ καὶ μόνον ταῖς Φαιακικαῖς ναυσὶν ἐνέλιπε. *Exinde qui poſtea ſubſecuti ſunt, majora portenta affectati, vocalem Argo carinam, tamquam ex Dodonæa quercu, affingunt; quod ſolum Phæaciis navibus defuit.* Qui Orphei Argonautica genuinum Scriptoris, Homero antiquioris, fœtum autumant, minime probarent, quod prodit Euſtathius, eos tantum, *qui poſtea ſubſecuti ſunt*, Argo navis carinam loquacem finxiſſe. Namque in eo Opere vocatam reperimus λάλαλον Αργώ, *loquacem Argo*, & λάλον τρόπιν, *loquacem carinam*.

Demum nauticæ rei cumprimis ſtudioſos fuiſſe Phæacas, argumento ſunt appoſita illa δολιχήρετμοι, ναυσίκλυτοι, φιλήρετμοι, *longis remis utentes, navibus inclyti, remorum ſtudioſi*, quibus ab Homero paſſim exornantur; & præterea propria apud ipſos virorum nomina, de quibus obſervat Euſtathius Odyſs. VIII. ὅτι τὰ πλέω τῶν κατὰ τοὺς Φαίακας ὀνομάτων ναυτικὰ, *pleraque Phæacum nomina eſſe nautica*. De Navi, in Corcyræorum nummis expreſſa, dictum eſt ſupra; itidem de Cercuro, quod Corcyræi navigii genus eſſe, conjectando affirmavimus, licet compertum nobis ſit, Plinium Hiſtoricum lib. 7. cap. 56. ſcribere, Cercurum a Cypriis inventum eſſe, & Nonium cap. 13. n. 4. Cercurum appellare genus navis Aſianæ.

CA-

CAPUT XII.

Phæacum ludi, Curſus, Lucta, Saltus, Jactus, Pugilatus. In iis tres Alcinoi filii, Laodamas, Halius, & Clytoneus, reliquis præſtantiores. Saltationes apud Veteres magna in laude. Aliæ cum pila, aliæ ſine pila. Mirifice a Luciano commendantur.

ALCINOUS Phæacas ſuos, quemadmodum navigandi peritia, ita variis ludorum generibus excellere affirmavit, itaque priori argumento alterum hoc illico adjungimus ex Odyſs. VIII. Porro in gratiam Ulyſſis ludos his verbis edixit Alcinous:

Νῦν δ' ἐξέλθωμεν, καὶ ἀέθλων πειρηθῶμεν
Πάντων, ὥς χ' ὁ ξεῖνος ἐνίσπῃ οἷσι φίλοισιν,
Οἴκαδε νοστήσας, ὅσσον περιγινόμεθ' ἄλλων
Πύξ τε, παλαισμοσύνῃ τε, καὶ ἅλμασιν, ἠδὲ πόδεσσιν.
Nunc ergo exeamus, & certamina experiamur
Omnia; ut hoſpes narret ſuis amicis,
Patriam reverſus, quantum ſuperemus alios,
Pugniſque, luctaque, & ſaltu, atque curſu.

Statim magna vegetiorum juvenum vis ea de cauſa ad forum convenit; atque inter illos

Αν δ' ἔσαν τρεῖς παῖδες ἀμύμονες Ἀλκινόοιο,
Λαοδάμας θ', Ἅλιός τε, καὶ ἀντίθεος Κλυτόνηος.
Surrexerunt jam tres filii inculpati Alcinoi,
Laodamaſque, & Halius, & divinus Clytoneus.

A curſu initium fuit:

M Oi

Οἱ δή τοι πρῶτον μὲν ἐπειρήσαντο πόδεσσιν·
Τοῖσι δ᾽ ἀπὸ νύσσης τέτατο δρόμος· οἱ δ᾽ ἅμα πάντες
Καρπαλίμως ἐπέτοντο κονίοντες πεδίοιο.
Τῶν δὲ θέειν ὄχ᾽ ἄριςος ἔην Κλυτόνηος ἀμύμων.
Hi utique primum periculum fecerunt pedibus;
Illiſque a carceribus extenſus eſt curſus; & hi ſimul omnes
Celeriter volitabant pulverem excitantes in campo.
Horũ currendo longe optimus erat Clytoneus inculpatus.

Dein ventum ad luctam, ad ſaltum, ad jactum, ad pugilatum:

Οἱ δὲ παλαισμοσύνης ἀλεγεινῆς πειρήσαντο.
Τῇ δ᾽ αὖτ᾽ Εὐρύαλος ἀπεκαίνυτο πάντας ἀρίςȣς,
Ἅλματι δ᾽ Ἀμφίαλος πάντων προφερέςατος ἦεν.
Δίσκῳ δ᾽ αὖ πάντων προφερέςατος ἦεν Ἐλατρεύς,
Πὺξ δ᾽ αὖ Λαοδάμας, ἀγαθὸς πάϊς Ἀλκινόοιο.
Alii quidem moleſtæ luctæ periculum fecerunt.
In bac rurſus Euryalus vicit omnes optimates,
Saltu vero Amphilaus omnium optimus erat.
Diſco e contra omnium præſtantiſſimus erat Elatreus,
Pugnis rurſus Laodamas, eximius filius Alcinoi.

Quibus abſolutis, Laodamas, Alcinoi filius, Ulyſſem ita allocutus eſt:

Δεῦρ᾽ ἄγε ϗ σύ, ξεῖνε πάτερ, πείρησαι ἀέθλων,
Εἴ τινά πȣ δεδάηκας· ἔοικε δέ σ᾽ ἴδμεν ἀέθλȣς.
Οὐ μὲν γὰρ μεῖζον κλέος ἀνέρος, ὄφρα κὲν ᾖσιν,
Ἢ ὅτι ποσσίν τε ῥέξῃ, ϗ χερσὶν ἑῇσιν.
Huc age & tu, boſpes pater, periculum fac certaminum,
Si quod fortaſſis didiciſti; nam par eſt, te ſcire certamina.

Ne-

Neque enim major gloria hominis, quoad fuerit,
Quam cum pedibus ſtrenue agat, & manibus ſuis.

Ulyſſes mox, diſco apprehenſo, & quidem majori, quam quo Phæaces ludere ſolebant, ac longiſſime projecto, ſe in eo ludi genere nemini ſecundum oſtendit, paratumque exhibuit cæſtu, lucta, curſu, ſagitta, haſta cum Phæacibus contendere. Ad quem Alcinous:

Οὐ γὰρ πυγμάχοι εἰμὲν ἀμύμονες, οὐδὲ παλαισταί,
Ἀλλὰ ποσὶ κραιπνῶς θέομεν, καὶ νηυσὶν ἄριστοι.
Non enim pugiles ſumus exquiſiti, neque luctatores,
Sed pedibus celeriter currimus, & navibus optimi ſumus.

Moxque ad Phæacas ſuos:

Ἀλλ᾽ ἄγε, Φαιήκων βητάρμονες, ὅσσοι ἄριστοι,
Παίσατε· ὥς χ᾽ ὁ ξεῖνος ἐνίσπῃ οἷσι φίλοισιν,
Οἴκαδε νοστήσας, ὅσσον περιγινόμεθ᾽ ἄλλων
Ναυτιλίῃ, καὶ ποσσὶ, καὶ ὀρχηστυῖ, καὶ ἀοιδῇ.
Verum age, Phæacum ſaltatores, quotquot optimi,
Ludite; ut hic hoſpes dicere queat ſuis amicis,
Domum reverſus, quantum ſuperemus alios
Arte navigandi, & pedibus, & ſaltatione, & cantu:

Alcinoi mandatis obtemperatur:

Αἰσυμνῆται δὲ κριτοὶ ἐννέα πάντες ἀνέσταν
Δήμιοι, οἳ κατ᾽ ἀγῶνας ἐϋπρήσσεσκον ἕκαστα·
Λείηναν δὲ χορόν, καλὸν δ᾽ εὔρυναν ἀγῶνα.
Præſides ludorũ interea electi novem omnes ſurrexerunt
Publici, qui in certaminibas recte adminiſtrabãt ſingula:
Planum faciebant chorum, & pulchram ampliarunt aream.

Interea Demodocus cantor, cithara apprehenſa, in medium proſiliit;

. . . . ἀμφὶ δὲ κοῦροι
Πρωθῆβαι ἵσταντο, δαήμονες ὀρχηθμοῖο·
Πέπληγον δὲ χορὸν θεῖον ποσίν· αὐτὰρ Ὀδυσσεὺς
Μαρμαρυγὰς θηεῖτο ποδῶν, θαύμαζε δὲ θυμῷ.

. . . . circumque juvenes
Jam pubeſcentes ſtabant, periti ſaltationis:
Quatiebant igitur divinum chorum pedibus: ceterum Ulyſſes
Micationes admirabatur pedum, ſtupeſcebatque animo.

Supra ceteros autem arte ſaltandi Halius, & Laodamas, Alcinoi filii, excellebant. Itaque Pater

. . . . κέλευσεν
Μουνὰξ ὀρχήσασθαι, ἐπεὶ σφισιν οὔτις ἔριζεν.
Οἱ δ' ἐπεὶ οὖν σφαῖραν καλὴν μετὰ χερσὶν ἕλοντο
Πορφυρέην, τήν σφιν Πόλυβος ποίησε δαΐφρων,
Τὴν ἕτερος ῥίπτασκε ποτὶ νέφεα σκιόεντα,
Ἰδνωθεὶς ὀπίσω, ὁ δ' ἀπὸ χθονὸς ὑψόσ' ἀερθεὶς,
Ῥηϊδίως μεθέλεσκε, πάρος ποσὶν οὖδας ἱκέσθαι·
Αὐτὰρ ἐπειδὴ σφαίρῃ ἀν' ἰθὺν πειρήσαντο,
Ὠρχείσθην δὴ ἔπειτα ποτὶ χθονὶ πουλυβοτείρῃ,
Ταρφέ' ἀμειβομένω· κοῦροι δ' ἐπελήκεον ἄλλοι,
Ἑσαότες κατ' ἀγῶνα· πολὺς δ' ὑπὸ κόμπος ὀρώρει.

. . . . juſſit
Solos tripudiare, quoniam cum ipſis nemo contendebat.
Hi igitur poſtquam pilam pulchram in manibus acceperunt
Purpuream, quam ipſis Polybus fecerat prudens,
Hanc alter jaciebat ad nebulas umbroſas

Fle-

Flexus retro, alter autem a terra in altum elevatus,
Facile accipiebat, antequam pedibus in ſolum veniret:
At poſtquam pila in rectum periculum fecerunt,
Saltaverunt poſtea in terra alma,
Frequenter alternantes; juvenes autẽ applaudebant alii,
Stantes in certamine: multuſque ſtrepitus ortus eſt.

Tunc vero Ulyſſes ad Alcinoum ait:

Αλκίνοε κρεῖον, πάντων ἀριδείκετε λαῶν,
Η μὲν ἀπείλησας βητάρμονας ἔιναι ἀρίςους,
Η δ' ἄρ' ἑτοῖμα τέτυκτο· σέβας μ' ἔχει εἰσορόωντα.
Alcinoe rex, omnium clariſſime populorum,
Certe pollicitus es tripudiatores eſſe optimos,
Profecto manifeſte factum eſt: ſtupor me babet inſpicientem.

Profecto has ſaltationes atque tripudia apud Veteres magna in laude fuiſſe, docebit Athenæus lib. xiv. cap. vi. ubi hæc leguntur: Ην γὰρ τὸ τῆς ὀρχήσεως γένος τῆς ἐν τοῖς χοροῖς ἔυσχημον τότε ϗ μεγαλοπρεπὲς, ϗ ὡσανεὶ τὰς ἐν τοῖς ὅπλοις κινήσεις ἀπομιμούμενον. Οθεν ϗ Σωκράτης ἐν τοῖς ποιήμασι τοὺς κάλλιςα χορέυοντας ἀρίςους φησὶν εἶναι τὰ πολέμια, λέγων οὕτως,

Οἳ δὲ χοροῖς κάλλιςα θεοὺς τιμῶσιν, ἄριςοι
Εν πολέμῳ.

Σχεδὸν γὰρ ὥσπερ ἐξοπλισία τὶς ἦν ἡ χορεία, ϗ ἐπίδειξις οὐ μόνον τῆς λοιπῆς ἐυταξίας, ἀλλὰ ϗ τῆς τῶν σωμάτων ἐπιμελείας. *Fuit enim in choris ſaltationis genus cum dignitate ac magnificentia, & quod armorum velut motus imitaretur. Ob id videlicet in ſuis Poematibus Socrates inquit, eos, qui optime ſaltant, ad bellicas res eſſe idoneos, bis verbis:*

Qui

Qui choris religioſiſſime Deos venerantur, optimi
In bello.

Eſt enim ſaltatio velut armaturæ inſtructæ ad procinctum meditatio, in qua ſpectatur non tantum ordinis conſervatio, ſed etiam qua corpus diligentia curatum ſit.

Idem Athenæus lib. I. cap. XIII. meminit Phæacum ſaltationis. Οἱ Φαίακες δὲ (inquit) παρ' Ὁμήρῳ καὶ ἄνευ σφαίρας, καὶ μετὰ σφαίρας ὠρχοῦντο· καὶ ὠρχοῦντό ποι ἀνὰ μέρος πυκνῶς, τοῦτο γάρ ἐστι τὸ, Ταρφέ' ἀμειβόμενοι, ἄλλων ἐφεςώτων καὶ ἐπικροτούντων τοῖς λιχανοῖς δακτύλοις, ὅ φησι ληκεῖν. *Phæaces autem apud Homerum & abſque pilæ, & cum pilæ luſu ſaltabant: idque viciſſim. Nam quod ait Poeta,* Ταρφέ' ἀμειβόμενοι, *ſignificat, vices permutaſſe crebro, alioſque ſucceſſiſſe, aliis adſtantibus, & indicibus digitis applaudentibus, quod* ληκεῖν *vocat.* Cum antea in Athenæo legeretur, οἱ Φαίακες δὲ παρ' Ὁμήρῳ καὶ ἄνευ σφαίρας ὠρχοῦντο, emendandum putavit Iſaac. Caſaubonus in Animadv. ad eum locum, καὶ ἄνευ σφαίρας καὶ μετὰ σφαίρας ὠρχοῦντο: quam emendationem confirmant ſequentia ibidem verba, ſpectantia ad ſaltationem τὴν μετὰ σφαίρας. Eodem loco Caſaubonus non videre ſe aſſerit, cur Athenæo placeat, ληκεῖν eſſe κροτεῖν τοῖς λιχανοῖς δακτύλοις, *digitis indicibus plauſum ciere.* Didymus ad Homeri locum, quem hic diſcutit Athenæus, vocem ἐπελήκεον interpretatur: ἐπιβοῶντο, ἐπεκρότουν τοῖς ποσὶν, *vociferabantur, plaudebant pedibus.*

Hocce exercitationis genus, ac proinde Phæacum in eo ſtudium mirifice commendatum reperio a Luciano in Dialogo, qui inſcribitur, Περὶ Ὀρχήσεως,

de

de Saltatione. Nam ibi ſaltandi artem contra Cratonem quemdam, a quo ſtudium ejus rei, ut effœminatum, ac molle, & viro præſertim philoſopho indignum reprehendebatur, ita defendit, ut pro viribus demonſtrare conetur, per ſaltationem non comparari tantum corporis agilitatem quamdam decentem, atque utilem, roburque, & vires augeri, ſed præterea & animi quamdam ſapientiam, ac mores hominum formari; idque exemplis tum Philoſophorum, tum Barbarorum quorumdam amplificat, Homerici imprimis Ulyſſis, & Phæacum, atque ita habet: Τὺς μὲν γὰρ Φαίακας ϗ πάνυ εἰκὸς ἦν ὀρχήσει χαίρειν, ἁβρὺς τε ὄντας, ϗ ἐν πάσῃ εὐδαμονίᾳ διατρίβοντας. Ο γῦν Ομηρος τῦτο αὐτῶν μάλιϛα θαυμάζοντα πεποίηκε τὸν Οδυσσέα, ϗ τὰς μαρμαρυγὰς τῶν ποδῶν θεώμενον. *Etenim Phæaces ſaltatione, ut par erat, vehementer fuiſſe oblectatos, mirum videri non debet, cum tantis affluerent deliciis, ac in omni rerum abundantia, & fortunæ indulgentia victitarent. Quare Homerus Ulyſſem ex omnibus, quæ viſenda apud Phæacas conſpexerat, hoc cumprimis admirantem teſtatur, agileſque pedum motiones ſpectantem*. Itidem de Homero ſubdit, eum, cum res mortalium longe jucundiſſimas juxta, ac elegantiſſimas uno quaſi faſce conjunctim efferret, nempe ſomnum, amorem, cantum, atque ſaltationem, *hanc* tamen *ſolam*, præclaro dignatum encomio, *inculpatam nominaſſe*, μόνην ταύτην ἀμύμονα ὠνόμασε. Socratem quoque producit, qui ὐ μόνον ἐπῄνει τὴν ὀρχηστικὴν, ἀλλὰ ϗ ἐκμαθεῖν αὐτὴν ἠξίυ, *Non tantum ſaltationem laudibus extulit, ſed illam*

quo-

quoque diſcere non erubuit. Morum emendationem, ex ſaltatoris peritia conſequi, exinde probat, quod multo melior quis evadat, poſtquam viderit *theatrum odio proſequi malefacta, contra lacrymis deflere innocenter affectos injuria*, τὸ θέατρον μισȣ̃ν μὲν τὰ κακῶς γιγνόμενα, ἐπιδακρύον δὲ τοῖς ἀδικȣμένοις. Et infra: Οὕτω δὲ θέλγει ὄρχησις, ὥςε ἂν ἐρῶν τις εἰς τὸ θέατρον παρέλθοι, ἐσωφρονίσθη ἰδὼν, ὅσα ἔρωτος κακὰ τέλη, ϗ λύπη ἐχόμενος, ἐξέρχεται τȣ̃ θεάτρȣ φαιδρότερος, ὥσπέρ τι φάρμακον ληθεδανὸν, ϗ κτ̀ τὸν ποιητὴν, νηπενθές τε ϗ ἄχολον πιών. *Uſque adeo vero movet ſaltatio, ut quidam miſere, & perdite puellam quamdam deperiens, in theatrum ingreſſus, conſpectis, quorum cauſa amor eſſet, malis, mentis ſanitatem receperit, ac nuncupatis votis theatro egreditur, fronte jam ſerenata hilarior, quaſi pharmacum quoddam, priorum malorum oblivionem inducens, & juxta Poetam, dolorem & acerbitatem omnem abſtergens, hauſiſſet*. Ac paulo poſt concludit, ſummopere neceſſarium eſſe, ut ſaltator optimis cogitationibus inſtructus, acuto ingenii acumine, & mente ad deliberandum profunda ſit præditus. Ex quibus colligo, Phæacibus nequaquam probro dandas ſaltationes, quarum tantum virtutes, ut credere par eſt, affectabantur. Earum vitia & ipſe Lucianus averſatur, inde profecta, *quod fieri non poſſit, ut omnes ſapientia exornati ſint*, ἀμήχανον γὰρ ἅπαντας εἶναι σοφȣ́ς. Quantum ab ea ſapientia abſint nugaces, & turpes ſaltationes in morem modo perductæ, nemo eſt qui non videt.

CA-

CAPUT XIII.

Phæacum menſæ adhibitus cantor Demodocus: Canit Ulyſſis, & Achillis contentionem, ac deinceps Trojæ excidium, Ulyſſe ad utramque cantilenam lacrymas fundente. Corcyra Demodoci patria, non autem Lacedæmon. Automedes, & Chæris item poetæ Corcyræi. Fabricius, & Meurſius caſtigantur. Poetas ante Homerum fuiſſe, colligit Cicero ex Demodoci carminibus. Hæc tamen credibile eſt Homerum ex poetica licentia effinxiſſe. Paterculi de Homero judicium.

INTER ludorum genera, in quibus Phæacum ſuorum præſtantiam Alcinous prædicavit, cantus exprimitur. Præſtantiſſimus autem apud ipſos cantor Demodocus; de quo, ejuſque cantilenarum materia, quæ in Odyſs. lib. VIII. habentur, hujuſmodi ſunt.

Alcinous, ut primum deductionem Ulyſſis imperavit, ſic ait:

. . . . καλέσαϑε δὲ ϑεῖον ἀοιδὸν
Δημόδοκον· τῷ γάρ ῥα ϑεὸς πέρι δῶκεν ἀοιδὴν
Τερπνὴν, ὅππῃ ϑυμὸς ἐποτρύνῃσιν ἀείδειν.
. . . . *advocate etiam divinum cantorem*
Demodocum: huic etenim Deus excellenter dedit cantilenam
Ad oblectandum, quocumque animus ipſum *impulerit canere.*

N Jux-

Juxta Alcinoi mandata

Κῆρυξ δ' ἐγγύθεν ἦλθεν ἄγων ἐρίηρον ἀοιδὸν,
Τὸν πέρι Μȣ̃σ' ἐφίλησε, δίδȣ δ' ἀγαθόν τε, κακόν τε,
Ὀφθαλμῶν μὲν ἄμερσε, δίδȣ δ' ἡδεῖαν ἀοιδήν.
Τῷ δ' ἄρα Ποντόνοος θῆκε θρόνον ἀργυρόηλον
Μέσσῳ δαιτυμόνων, πρὸς κίονα μακρὸν ἐρείσας·
Κὰδδ' ἐκ πασσαλόφιν κρέμασεν φόρμιγγα λιγεῖαν
Αὐτȣ̃ ὑπὲρ κεφαλῆς, ϗ ἐπέφραδε χερσὶν ἑλέσθαι
Κῆρυξ· πὰρ δ' ἐτίθει κάνεον, καλήν τε τράπεζαν,
Πὰρ δὲ δέπας οἴνοιο, πιεῖν, ὅτε θυμὸς ἀνώγοι.

Præco autem prope venit, ducens amabilem cantorem:
Quem ſupra modum Muſa dilexit, dedit vero bonumque malumque,
Oculis quidem privavit, dedit autē dulcem cantilenam.
Huic ſane Pontonous præco *appoſuit ſedem argenteis clavis* diſtinctam,
In medio convivantium, ad columnam longam applicans:
Ad paxillum autem ſuſpendit citharam ſonoram
Ipſius ſupra caput, & monſtrabat, quo pacto manibus prenderet,
Præco: juxtaque apponebat caniſtrum, pulchramque menſam,
Juxta etiam poculum vini, ut biberet, quoties animus juberet.

Completo convivio,

Μȣ̃σ' ἄρ' ἀοιδὸν ἀνῆκεν ἀειδέμεναι κλέα ἀνδρῶν,
Οἴμης, τῆς τότ' ἄρα κλέος ȣ̓ρανὸν εὐρὺν ἵκανε,
Νεῖκος Ὀδυσσῆος, ϗ Πηλείδεω Ἀχιλῆος.

Muſa utique cantorem excitavit, ut caneret laudes virorum,

Can-

Cantilenæ, cujus tunc gloria ad cœlum latum pervenit,
Contentionem Ulyſſis, & Pelidæ Achillis.

Rurſus poſt ſaltationes Demodocus

. . . . ἀνεβάλλετο καλὸν ἀείδειν,
Αμφ' Αρεος φιλότητος, ἐϋςεφάνε τ' Αφροδίτης,
Ως τὰ πρῶτα μίγησαν ἐν Ηφαίςοιο δόμοισι
Λάθρη.

. . . . *cœpit pulchre canere,*
De Martis amore, pulchreque coronatæ Veneris,
Ut primum coierint in Vulcani domibus
Clam.

Novo inſtructo convivio, eidem, in medio convivantium collocatus, pariter interfuit Demodocus; cujus egregiam canendi peritiam præter Phæacas vehementer admirans Ulyſſes, ita Præconem primo:

Κῆρυξ, τῆ δὴ τῦτο πόρε κρέας, ὄφρα φάγῃσι,
Δημοδόκῳ, καί μιν προσπτύξομαι, ἀχνύμενός περ.
Πᾶσι γὰρ ἀνθρώποισιν ἐπιχθονίοισιν ἀοιδοὶ
Τιμῆς ἔμμοροί εισι ϰ͵ αἰδῦς, ὕνεκ' ἄρα σφέας
Οἴμας Μῦσ' ἐδίδαξε, φίλησε δὲ φῦλον ἀοιδῶν.
Præco, en, hanc præbe carnem, ut comedat,
Demodoco, & dic, ut *ipſum complectar, tametſi*
triſtis.
Omnibus enim hominibus terreſtribus Poetæ
Honore digni ſunt, & reverentia; eo quod ipſos
Cantum Muſa docuit, amatque genus cantorum.

Dein Demodocum ipſum allocutus:

Δημόδοκ', ἔξοχα δή σε βροτῶν αἰνίζομ' ἀπάντων,
Η σέγε Μῦσ' ἐδίδαξε, Διός παῖς, ἤ σέγ' Απόλλων.
Λίην γὰρ κατὰ κόσμον Αχαιῶν οἶτον ἀείδεις.

Demodoce, longe te ſupra mortales laudo omnes,
Sive te Muſa docuerit, Jovis filia, ſive Apollo.
Valde enim ornate Græcorum fatum canis.

Et mox ·

Ἀλλ' ἄγε δὴ μετάβηθι, καὶ ἵππου κόσμον ἄεισον
Δουρατέου, τὸν Ἐπειὸς ἐποίησεν σὺν Ἀθήνῃ,
Ὃν ποτ' ἐς ἀκρόπολιν, δόλον, ἤγαγε δῖος Ὀδυσσεύς,
Ἀνδρῶν ἐμπλήσας, οἵ Ἴλιον ἐξαλάπαξαν.
Αἴκεν δή μοι ταῦτα κατὰ μοῖραν καταλέξῃς,
Αὐτίκ' ἐγὼ πᾶσιν μυθήσομαι ἀνθρώποισιν,
Ὡς ἄρα τοὶ πρόφρων θεὸς ὤπασε θέσπιν ἀοιδήν.
Verum progredere, & Equi apparatum canta
Lignei, quem Epeus fecit auxilio Palladis;
Quem quondam in arcem, ſtrategema, duxit divus Ulyſſes,
Viris ubi implevisſet, qui Ilium everterunt:
Siquidem enim mihi hæc eleganter enarraveris,
Tum ego omnibus pronunciabo hominibus,
Quod certe tibi benignus Deus præbuit divinam cantilenam.

Ulyſſis deſiderio Demodocus ſatisfecit. At ille ad eam cantilenam, quod antea ad aliam de Ulyſſis, & Achillis contentione fecerat, genas ſuas lacrymis rigabat; quas cum Alcinous obſervaſſet, Demodocum juſſit deſiſtere.

Demum in poſtremo convivio, cum jam navim aſcenſurus eſſet Ulyſſes, adhibitam pariter legimus Demodoci cantilenam Odyſſ. XIII.

. . . . . μετὰ δέ σφιν ἐμέλπετο θεῖος ἀοιδὸς
Δημόδοκος, λαοῖσι τετιμένος.

. . . in-

. . . *inter ipſos vero canebat divinus cantor Demodocus, populis honoratus.*

Hæc de Demodoco ex Homero. Eumdem memorat Plutarchus in libro περὶ Μουσικῆς ſub initium, ex Heraclidis συναγωγῇ τῶν ἐν μουσικῇ referens, γεγονέναι δὲ καὶ Δημόδοκον Κερκυραῖον παλαιὸν μουσικὸν, ὃν πεποιηκέναι Ἰλίου τε πόρθησιν, καὶ Ἀφροδίτης καὶ Ἡφαίστου γάμον, *Fuiſſe etiam Demodocum Corcyræum veterem muſicum, qui carmine expreſſerit Ilii excidium, & Veneris cum Vulcano nuptias.* Imo Veneris, & Martis concubitum, ut prodit Homerus. Corcyram Demodoci patriam fuiſſe, quemadmodum Plutarchus, affirmat quoque Tzetzes prolegom. ad Lycophronem ex Demetrio Phalereo. Nam de iis, qui ad muſica inſtrumenta ceciniſſe carmina perhibentur, verba faciens: οἷοι περ ἦσαν, (inquit) ποιηταὶ, ὡς ὁ Φαληρεὺς Δημήτριος γράφει, Αὐτομήδης, καὶ Δημόδοκος, καὶ Χαῖρις οἱ Κερκυραῖοι, καὶ ὁ Ἰθάκιος Φήμιος, καὶ οἱ λοιποὶ, οὓς ὁ Φαληρεὺς Δημήτριος γράφει. Οὐδὲ γὰρ αὐτὸς ἀγνοῶ, *Quales erant poetæ, veluti Demetrius Phalereus ſcribit, Automedes, & Demodocus, & Charis Corcyræi, & Phemius Ithacenſis, ac reliqui a Demetrio Phalereo memorati. Neque enim ipſe ignoro.* At Lacedæmonium fuiſſe Demodocum, aſſerit Euſtathius ad Odyſs. III. ad eumdem Demetrium Phalereum provocans. De Demodoco Joannes Alb. Fabricius lib. I. cap. V. Biblioth. Gr. eumdemque memoraverat paulo ante, nempe ejuſdem libri cap. III. ad finem; ubi dum ſcribit, Tzetzem negare, ſe legiſſe Automedem, non magis quam Demodo-

modocum, & Chærin Corcyræum, vel Phemium Ithacenſem, legit ipſe in Tzetze, quod Tzetzes minime ſcripſit, accepitque, ut conjicio, ἀγνοῶ, quod ſignificat *ignoro*, pro ἀναγινώσκω, quod ſignificat *lego*. Pariter de Demodoco Joannes Meurſius in Biblioth. Gr. ubi ejus poemata ita recenſens, Ιλίȣ πόρθησις, & Ηφαίςȣ ϰ̀ Αφροδίτης γάμος, cum Plutarcho quidem facit, ſeu cum Heraclide, ſed ab Homero imprudens diſſentit, quod ſpectat ad ſecundi poematis argumentum. Quod vero ſpectat ad primum, ita Ptolemæus Hephæſtio in Phot. Biblioth. cod. cxc. Οδυσσεὺς ἐν Τυῤῥηνίᾳ ἠγωνίσατο αὐλητικὴν, ϰ̀ ἐνίκησεν. Ηὔλισε ᾗ Δημοδόκȣ ποίημα, Ιλίȣ ἅλωσιν. *Ulyſſes in Tyrrhenia tibia certavit, ac vicit. Cecinit autem Demodoci Poema de Trojæ excidio*. Pauſanias in Attic. inter poetas, qui cum regibus vixiſſe noſcebantur, Demodocum commemorat, quem Homerus Αλκινόῳ παρεῖναι, *familiarem fuiſſe Alcinoo*, prodit. Et in Laconic. Amyclæi ſellam deſcribens: ϰ̀ Φαιάκων (inquit) χορός ἐστιν ἐπὶ τῷ θρόνῳ, ϰ̀ ᾄδων ὁ Δημόδοκος, *Adeſtque Phæacum chorus in throno, atque Demodocus canens*. Itidem Demodoci cantoris meminerunt Athenæus, & Suidas, in proxime ſubſequenti capite allegandi.

In graviſſima, atque antiquiſſima controverſia, an fuerint ante Homerum poetæ, Demodoci & Phemii carmina Ciceronem ad affirmantem partem traxerunt: *Nec dubitari debet* (ait ipſe in Bruto) *quin fuerint ante Homerum poetæ, quod ex eis carminibus intelligi poteſt, quæ apud illum & in Phæacum, & in*

Pro-

Procorum epulis canuntur. Videndum tamen, ne forte Homerus, Demodoci Corcyræi, & Phemii Ithacenſis carmina commemorans, nobis fucum faciat, & poetica licentia, ſicuti viros bello ſtrenuos, & eloquentia præſtantes, ita quoque & poetas, eorumque carmina, ut ſibi placuit, finxerit; quod non abſque veriſimilitudinis ſpecie ſuſpicatur Leo Allatius de Patr. Hom. cap. IV. Sextus Empiricus adverſus Mathemat. lib. 1. cap. X. *ποίημα ἐδὲν*, fatetur quidem, *πρεσβύτερον ἧκεν εἰς ἡμᾶς τῆς Ὁμήρε ποιήσεως*, *nullum antiquius poema Homeri poeſi ad nos pervenit*; ſed extitiſſe tamen ante ipſum Homerum, & ejus ætate plures poetas, probabile cenſet, arguitque ex ipſius Homeri dicto Odyſs. 1.

Τὴν γὰρ ἀοιδὴν μᾶλλον ἐπικλείεσ' ἄνθρωποι,
Ἥτις ἀκεόντεσσι νεωτάτη ἀμφιπέληται.
Eam enim cantilenam magis celebrant homines,
Quæcumque auditoribus recentiſſima exiſtat.

Hoc argumentum plures fuſe pertractarunt, & præ ceteris Leo Allatius in citato libro, ubi Velleji Paterculi judicium amplexatur, & deoſculatur: *Clariſſimum* (ait Vellejus lib. 1.) *deinde Homeri illuxit ingenium, ſine exemplo maximum: qui magnitudine operum, & fulgore carminum ſolus appellari Poeta meruit. In quo hoc maximum eſt, quod neque ante illum, quem ille imitaretur, neque poſt illum, qui eum imitari poſſet, inventus eſt: neque quemquam alium, cujus operis primus author fuerit, in eo perfectiſſimum, præter Homerum, & Archilochum, reperiemus.*

CA-

CAPUT XIV.

Phæacum luxus in parœmiam abiit. Ex Alcinoi verbis orta ea infamia; item ex aliis Ulyſſis, apud eum cœnantis. Horum lectio ab Eratoſthene apud Athenæum emendatur, parum apte, ut ſentit Caſaubonus. Ulyſſis dicta perperam Alcinoo tribuuntur. Didymi interpretatio præferenda. Menſa Alcinoi apud Nazianzenum. Phæacum commeſſationes in magnam noctis partem productæ. Hæ ab intemperantiæ nota vindicantur ex Athenæo, in cujus verſione frequentius ceſpitat Dalecampius. Vinum Corcyræorum, & eorum Cellæ vinariæ commendantur. Euſtathii de vita molli & imbelli Phæacum interpretatio rejicitur.

DEMODOCI de Veneris, & Martis congreſſu cantilena nos monet, ut de vulgatiſſimo Phæacum luxu, qui in parœmiam abiit, tractationem aggrediamur. Siquidem ex Athenæi lib. 1. cap. xii. Ὁ δὲ παρὰ Φαίαξι Δημόδοκος ᾄδει Ἄρεος καὶ Ἀφροδίτης συνουσίαν, οὐ διὰ τὸ ἀποδέχεσθαι τὸ τοιοῦτον πάθος, ἀλλ' ἀποτρέπων αὐτοὺς παρανόμων ὀρέξεων, εἰδὼς ἐν τρυφερῷ τινὶ βίῳ τεθραμμένους, κἀντεῦθεν τὰ ὁμοιότατα τοῖς τρόποις αὐτῶν τὰ πρὸς ἀνάπαυσιν προφέρων. *Apud Phæacas Demodocus Martis, & Veneris concubitum canit, non quod id vitii probaret, ſed ut eos ab inconceſſis cupiditatibus dehortaretur, cum illos ſciret vita luxurio-*

ſa

ſa delicataque educatos fuiſſe, ac ideo moribus ipſorum ſimillima ad voluptatem ſpectantia proferens. Eadem ferme Suidas in voce Ἀοιδὸς, Demodoco inter illos cantores locum aſſignans, qui modeſtia, & philoſophica morum integritate præſtabant. Pariter Didymus Scholiaſtes: *παιδεύει αὐτοὺς μὴ ἀσελγαίνειν, ὡς καὶ θεῶν διὰ ταῦτα ἀσχημονούντων, eos monet, ne libidinibus indulgeant, cum & ipſi Dii propter illas ignominia notentur.*

Delicatæ, ac luxurioſæ vitæ invidia, qua Phæaces flagrarunt, facile quivis dignoſcet, quam parum conveniat cum iis, quæ uſque modo de illorum moribus dicta ſunt, nimirum de religione, de hoſpitalitate, de re nautica, de athleticis ludis; quæ omnia non deſidiæ, & voluptatibus deditam gentem, ſed bene moratam, recte conſtitutam, laboriſque admodum tolerantem oſtendunt. Ea tamen ob luxum, ut dixi, apud Veteres male audiit. Quocirca ab Horatio homines voluptuarii appellantur *Alcinoi, Phæaceſque*. Nam Epiſt. l. 1. Ep. 11.

Nos numerus ſumus, & fruges conſumere nati,
Sponſi Penelopes, nebulones, Alcinoique,
In cute curanda plus æquo operata juventus.

Et Ep. xv.

Pinguis ut inde domum poſſim, Phæaxque reverti.

Dimanavit autem in vulgus hæc de Phæacum luxu infamia ex illis Alcinoi verbis Odyſs. VIII.

Αἰεὶ δ' ἡμῖν δαίς τε φίλη, κίθαρίς τε, χοροί τε,
Εἵματά τ' ἐξημοιβὰ, λοετρά τε θερμὰ, καὶ εὐναί.
Semperq. nobis conviviumq. gratũ, citharaque, chorique,
Veſtes mutatoriæ, lavacraque calida, & cubilia.

Proinde cum a quibuſdam Ulyſſes, ceu Epicuri in voluptatis dogmate magiſter, traduceretur, propterea quod Odyſs. IX. ita loquatur:

Οὐ γὰρ ἔγωγέ τι φημὶ τέλος χαριέστερον εἶναι,
Ἢ ὅταν εὐφροσύνη μὲν ἔχῃ κατὰ δῆμον ἅπαντα,
Δαιτυμόνες δ' ἀνὰ δώματ' ἀκουάζωνται ἀοιδοῦ,
Ἥμενοι ἑξείης· παρὰ δὲ πλήθωσι τράπεζαι
Σίτου, καὶ κρειῶν· μέθυ δ' ἐκ κρητῆρος ἀφύσσων
Οἰνοχόος φορέῃσι, καὶ ἐγχείῃ δεπάεσσιν·
Τοῦτό δέ μοι κάλλιστον ἐνὶ φρεσὶν εἴδεται εἶναι.
Non enim ego quippiam puto tandem elegantius eſſe,
Quam quoties lætitia quidē detineat populū univerſum,
Convivanteſque per domum audiant cantorem,
Sedentes ordine; juxta itidem impleantur menſæ
Pane, & carnibus; vinumque ex cratere hauriens
Pincerna adſerat, & infundat poculis:
Hoc quiddam mihi pulcherrimum in mente videtur eſſe.

Cum ex his, inquam, verbis Ulyſſes Epicureæ illius voluptatis præformator a quibuſdam cenſeretur, Megaclides apud Athenæum lib. XII. cap. I. ut illum ab ea nota vindicaret, eamdem in Phæacas unice rejecit, inquiens: Τὸν Ὀδυσσέα, καθομιλοῦντα τοὺς καιροὺς ὑπὲρ τοῦ δοκεῖν ὁμοήθης τοῖς Φαίαξιν εἶναι, τὸ ἁβροδιαίτατον αὐτῶν ἀσπάζεσθαι, προπυθόμενον τοῦ Ἀλκινόου, Αἰεὶ δ' ἡμῖν δαίς τε φίλη. Μόνως γὰρ οὕτως ᾠήθη, ὧν ἤλπιζε, μὴ διαμαρτεῖν, *Ulyſſem tempori inſervientem, ut ſuis, Phæacumque moribus convenire videretur, molliſſimam eorum vitam commendaſſe, cum ex Alcinoo antea intellexiſſet: Semperque nobis conviviumque gratum. Hac enim ſola ratione ſe, quæ ſperaverat, opinabatur conſecuturum.* Aliam

Aliam viam Ulyſſem vindicandi, nec eam quidem cum Phæacum dedecore conjunctam, adinvenit apud eumdem Athenæum lib. I. cap. XIV. Eratoſthenes, alterum ex Homeri verſibus, modo recitatis, ita legendum monens:

Η ὅταν εὐφροσυνη μὲν ἔχῃ, κακότητος ἀπεὔσης,

Quã quoties lætitia quidẽ detineat, abſente improbitate. Quæ duo poſtrema verba repoſita loco illorum, κατὰ δῆμον ἅπαντα, nonniſi honeſtam conviviorum voluptatem ab Ulyſſe commendatam evincunt. Subditque Eratoſthenes: ἀδυνατον γὰρ μὴ φρονίμους εἶναι Φαίακας, οἱ μάλα φίλοι εἰσὶ θεοῖσιν, ὡς ὁ Ναυσικράτης φησί. *Fieri nequit, quin bonæ mentis ſint Phæaces, qui Diis magnopere chari ſunt, quemadmodum ait Nauſicrates.*

Prædictam Erathoſtenis emendationem minime probat Iſaacus Caſaubonus in Animadverſ. ad Athen. Nam illi eleganter, & plane Ομηρικῶς ſonant verba illa, in Homeri verſu ab Eratoſthene rejecta, κατέχῃ δῆμον ἅπαντα, *detineat populum univerſum*. Nec etiam probat Caſaubonus, Nauſicratis teſtimonium adhiberi, cum Homericum adeſſet VII. Odyſſeæ, Alcinoi nimirum, non ſolum amicos, ſed etiam cognatos Diis eſſe Phæacas ſuos gloriantis. Addere potuiſſet, ſibi minime probari, Ulyſſis dicta, *Non enim ego quippiam &c.* Alcinoo tribui, & cum Alcinoi illis, *Semperque nobis &c.* conjungi; qua in re memoria utique Athenæum decepit. Demum nec probandum erat, additum in Jacobi Dalecampii verſione, *haud recte*, perinde ac ſi Athenæus ipſe Eratoſthenis emen-

dationem rejeciſſet; quod eum feciſſe ex Græco textu minime apparet: præter quam quod additamentum illud verſionis Latinæ ſenſum, ut legenti conſtabit, omnino turbat. Athenæi interpretationi, & Eratoſthenis emendationi ſententiam Didymi præferrem, qui ad ea verba, οὐ γὰρ ἔγωγέ τι φημὶ, ita notat: ταῦτα ἁρμοζόμενος τῷ καιρῷ λέγει· οὐ τοῦ παντὸς τοῦ βίου τέλος εἴρηκεν τὴν ἡδονὴν, ἀλλὰ συμποσίου τινός. *Hæc loquitur habita temporis ratione; nec enim omnis vitæ, ſed ſympoſii cujuſdam finem dixit voluptatem.* Aliam Athenæi interpretationem paulo poſt referemus.

Opiparam, & omni luxus genere refertam menſam Gregorius Nazianzenus in Carminib. ut ſignificaret, eam Ἀλκινόοιο τράπεζαν, *Alcinoi menſam* dixit, itidemque in Epiſt. ad Baſilium. Forte hanc Alcinoi menſæ invidiam conciliavit, quod, cum antiquitus ſolerent convivæ ante noctem fere diſcedere, Phæaces in magnam noctis partem commeſſationes produxiſſe videntur. Namque aurei juvenes, in ſuggeſtis ſtantes, lucem convivis præferunt Odyſs. VII.

Ἔνθα δὲ Φαιήκων ἡγήτορες ἑδριόωντο,
Πίνοντες καὶ ἔδοντες· ἐπηετανὸν γὰρ ἔχεσκον.
Χρύσειοι δ᾽ ἄρα κοῦροι ἐϋδμήτων ἐπὶ βωμῶν
Ἕστασαν, αἰθομένας δαΐδας μετὰ χερσὶν ἔχοντες,
Φαίνοντες νύκτας κατὰ δώματα δαιτυμόνεσσι.
Hic Phæacum primates ſedebant,
Bibentes, & edentes; affatim enim habebant.
Aurei vero juvenes ſuper politis columellis
Stabant, ardentes faces manibus geſtantes,
Illucentes nocte per domum convivantibus.

Ut

Digitized by Google

Ut tamen conſtet in Phæacum conviviorum luxu modum quemdam, certoſque fines fuiſſe, quos alii, multo illis delicatiores, tranſiliiſſe comperiuntur, id pluribus exemplis ex eodem Athenæo deſumptis in promptu eſt comprobare. Et primum lib. I. cap. VIII. de ſimplici victu, quem Homerus Heroibus ſuis tribuit, verba faciens, carnem aſſam illis ſuffeciſſe ſcribit, ϗ Ἀλκίνῳ δὲ, τῷ τὸν τρυφερὸν ᾑρημένῳ βίον, *Alcinoo quoque, delicatiori vitæ tametſi addicto*. Ac paulo poſt Homerus Heroum menſis piſcium delicias haudquaquam apponere proditur, ϗ τοὺς Φαίακας πλωτικωτάτους ποιῶν, *& ſi Phæacas navigationibus addictiſſimos repræſentet;* neque etiam fructuum, & ſi eorum apud Phæacas ubertatem πάντα χρόνον παρασκευάζων ἀθάνατον, *ſempiternam, ac immortalem affirmet*. Idemque illos διαίτης οὐκ ἀπλήστως ἀπολαύοντας παρείσησιν, ἀλλ', ὡς οἱ κράτιστοι τῶν ἰατρῶν, ἀφαιρεῖ τὰς πλησμονάς·

Αὐτὰρ ἐπὶ πόσιος, ϗ ἐδητύος ἐξ ἔρον ἕντο,

ϗ τὴν ἐπιθυμίαν πληρώσαντες, οἱ μὲν ἐξώρμων ἐπὶ μελέτην ἀθλητικὴν, δίσκοισι τερπόμενοι, ϗ αἰγανέαις, τῇ παιδιᾷ τὰ πρὸς σπουδὴν ἐκμελετῶντες, οἱ δὲ κιθαρῳδῶν ἠκροῶντο, τὰς ἡρωϊκὰς πράξεις ἐν μέλει ϗ ῥυθμῷ ποιούντων, *Cibum haudquaquam inexplebiliter ſumentes exhibet, ſed medicorum inſtar repletionem amovet:*

Ceterum poſtquã potus & cibi cupiditatem expulerunt, fame jam placata, ad ludos athleticos quidam prorumpunt, diſco ſeſe baſtiſque oblectantes, ac ludicro illo certamine ad ſeria exercentes; quidam citharædos audiunt, Heroum res geſtas numeris, & modis canentes. Quæ profecto non alium quam Phæacum morem ſuperius ex-

expreſſum repræſentant, atque commendant.

Rurſus lib. iv. convivia Procorum, Phæacumque inter ſe comparans ex Homero: ἔςι γὰρ (inquit) αὐτῷ τὸ μὲν τῶν μνηστήρων, ὅιον ἂν γένοιτο νεανίσκων, μέθαις, καὶ ἔρωσιν ἀνακειμένων, τὸ δὲ τῶν Φαιάκων ἐυςαθέςερον μὲν τούτων, φιλήδονον δέ. *Deſcribit autem ipſe Procorum convivium ceu juvenum, vino, & amori deditorum; Phæacum vero, bis quidem modeſtius, licet voluptuarium.*

Dein lib. v. cap. vi. poſtquam dixiſſet Athenæus, Alcinoi convivium (ad quod intenditur hæc Ulyſſis oratio, οὐ γάρ ἔγωγέ τι φημί) qua comitate & humanitate ſit hoſpes excipiendus, innuere, addit: ὅπερ συμβάλλων τις πρὸς τὰ τῶν φιλοσόφων συμπόσια, κοσμιώτερον ἂν ἔυροι, καίτοι τοῦτο περιέχον καὶ ἱλαρότητα καὶ παιδιὰν ἐυσχήμονα. *Quod ſi quis cum Philoſophorum ſympoſiis conferat, modeſtius id eſſe comperiet, utpote hilaritatem & ludos honeſte complectens.* Subditque: μετὰ γὰρ τὸν ἀγῶνα γυμνικὸν ᾄδει ὁ ᾠδὸς ἀμφ᾽ Αρεος φιλότητα μῦθόν τινα χλέυῃ κεκραμένον, καίτοι ἐις τὴν μνηςηροφονίαν ὑποθηκῶν ὑποτιθεμένων τῷ Οδυσσεῖ, τοῦ Ηφαίςου καὶ τοῦ Κυλλοποδίωνος τὸν ἀνδρειότατον Αρη καταγωνισαμένου. *Poſt gymnicum enim certamen cantor recitat mordacem de Martis amoribus fabulam, aptam ſcilicet Ulyſſi de interimendis procis monita atque conſilia præbere, quod Vulcanus, quamvis uno pede claudus, Martem fortiſſimum deviciſſet.*

Demum libro xiii. cap. xiii. aliam Phæacum cum Stratone Sydoniorum rege comparationem inſtituens, primum inter utroſque diſcrimen ſtatuit: ὅια γὰρ τοὺς Φαίακας Ομηρος ποιεῖν μεμυθολόγηκεν, ἑορτάζοντας, καὶ πίνον-

πίνοντας, ϰ κιθαρῳδῶν ϰ ῥαψῳδῶν ἀκροωμένυς, τοιαῦτα ϰ ὁ Στράτων διετέλει ποιῶν πολλὼ χρόνον. *Qualia etenim fabulatur Homerus Phæacas agere, dies feſtos celebrantes, & compotantes, citharœdoſque, ac rhapſodos audientes, quin eadem aſſidue faceret, Strato vix ullum tempus intermiſit*. Aliud vero diſcrimen, quod Strato cum mulierculis, ac ſcortis cœtus cogeret: Φαίακες, ὥς φησιν Ὅμηρος, μετὰ τῶ̃ οἰκείων γυναικῶν ϰ θυγατέρων ἐποιοῦντο τὺς πότυς. *Phæaces, ut tradit Homerus, una cum uxoribus, filiabuſque ſuis convivia celebrabant*. Ælian. Var. Hiſt. l. VII. c. II. pariter notat, Stratonis conviviis multas adfuiſſe mulieres tum tibicinas, tum meretrices forma excellentes, & ſaltatrices, at Phæacum menſis unum præſto fuiſſe cantorem, qui ad cœnam cantaret, & ipſos oblectaret.

Quæ omnia palam faciunt, Phæacas, dum voluptuariis populis accenſentur, multum tamen ab immoderatæ intemperantiæ infamia abfuiſſe. Eoſdem vino perdite deditos exiſtimare quis poſſet, cui Jacobus Dalecampius imponeret, illud Alcinoi, Pontonoum alloquentis Odyſs. VIII.

. . . . . μέθυ νεῖμον
Πᾶσιν ἀνὰ μέγαρον,

apud Athenæum lib. I. cap. XI. ita vertens:

Fac, ut ſint temulenti in noſtris ædibus omnes.

Perperam utique, cum reddendum foret:

Vinum diſtribue omnibus per domum.

Accepit Dalecampius μέθυ, quod *vinum*, pro μέθη, quod *temulentiam* ſignificat; & præterea Homerico dicto ſyntaxin omnino abſonam accommodavit, quæ ipſi

ipſi ad verbum foret:

Temulentiam diſtribue omnibus per domum.

Multa ſunt in ea Dalecampii verſione, quæ cenſoriam virgulam merentur; eaque parcius, quam opus erat, uſum fuiſſe dolemus Iſaacum Caſaubonum, cui tamen Athenæi emendatio, & redintegratio non immerito debetur. Vinoſorum populorum album contexuit ipſe Athenæus lib. x. & Ælianus lib. III. cap. xv. neuter tamen Phæacibus locum in illo aſſignavit.

Vino quidem admodum jucundo, & ſuavi abundaſſe Corcyram, teſtis eſt idem Athenæus, ſuperius relatus, & Xenophon quoque, qui Rer. Græc. lib. vi. referens, a Mnaſippo Lacedæmone eam inſulam ferro, ac igni vaſtatam fuiſſe, ſic ait: ἐκράτει τε τῆς γῆς, καὶ ἤδη ἐξειργασμένην μὲν παγκάλως, καὶ πεφυτευμένην τὴν χώραν, μεγαλοπρεπεῖς δὲ οἰκήσεις καὶ οἰνῶνας κατεσκευασμένους ἔχουσαν ἐπὶ τῶν ἀγρῶν, ὥστ' ἔφασαν τοὺς στρατιώτας εἰς τοῦτο τρυφῆς ἐλθεῖν, ὥστε μὴ ἐθέλειν πίνειν, εἰ μὴ ἀνθοσμίας εἴη. *Regionem illam amœnam egregieque excultam, univerſam ferro ac igni vaſtavit; magnificæ enim domus cum cellis vinariis in agris erant extructæ, militeſque eo venere deliciæ, ut vinum nullum præter optimum bibere nollent.*

Cellas vinarias Corcyræorum, quas Xenophon οἰνῶνας appellat, oportet apud Græcos non parum celebres fuiſſe, quandoquidem Jul. Pollux in Onomaſt. tam lib. vi. cap. II. quam lib. IX. cap. v. de Cellis vinariis verba faciens, allatum Xenophontis textum unice producit. Miror Ælian. lib. XII. cap. XXXI. varia Græcorum vina enumerantem, apud Veteres deſideratiſſima, Corcyrçi

cyræi non meminiſſe. Ceraunium autem, ſeu περὶ Κεραυνίων, cujus meminit lib. XIII. cap. VI. non ad inſulam Cerauniam (quo nomine Corcyra intelligitur) ſed ad Achajam ſpectat, in qua Cerynia oppidum reperitur; unde Perizonius ad eum locum Κερυνεία pro Κεραυνίων legendum eſſe nullus dubitat.

Cum plures, ut ſuperius dictum eſt, excogitatæ ſint cauſæ, propter quas Phæaces, Ulyſſem ad Ithacam deponentes, eum e ſomno minime excitarunt, hanc ad rem noſtram inter alias affert Euſtathius: τυχὸν δὲ καὶ δεδίασι, μὴ συσχεθέντες καταμηνύσωσι τὴν τέως κεκρύφθαι δοκοῦσαν Φαιακίαν, καὶ οὕτω ῥᾷον ἐπιβουλευθῶσιν, ἄνθρωποι φιληδονίαν συνειδότες ἑαυτοῖς καὶ βίον ἀπολαυστικὸν καὶ ἀπόλεμον, οἷς οὐ βιὸς μέλει, οὐδὲ φαρέτρη, ἀλλὰ δαῖτες, καὶ χοροὶ, καὶ λοετρὰ, καὶ τὰ τούτοις σύστοιχα. Ὅθεν καὶ νυκτὸς αὐτοῖς ὁ ἀνάπλους γέγονεν, ἵνα μὴ ἔχῃ Ὀδυσσεὺς, ἡμέρας οὔσης, παρασημειοῦσθαι τόπους τινάς. *Forte etiam timuerunt, ne detenti* (ab Ulyſſe) *Phæaciam, quam uſque ad illum diem occultam manere cenſebant, manifeſtam redderent, atque in hunc modum aggreſſionibus facilius paterent; homines, ut ſibi ipſis conſcii erant, voluptatis, vitæque mollis, & imbellis amatores, quibus non arcus, neque pharetra curæ eſt, ſed convivia, & chori, & lavacra, ac alia hujuſce generis. Unde & noctis tempore navigatio ab ipſis ſuſcepta eſt, ne, die illuceſcente, locos aliquos Ulyſſes obſervaret.* Quomodo hæc conveniant cum iis, quæ de Phæacum certaminibus, eximiaque navigandi peritia ſuperius ex Homero retulimus, viderit ipſe Euſtathius, utpote accuratiſſimus ejus interpres.

CAPUT XV.

Phæaces pro hebetibus, & ſtultis in communibus proverbiis. Aliud adagium, Alcinoi apologi, *de longis, & anilibus fabulamentis. Juvenalis hac de re verſus. Narrationes Ulyſſis, magna a Phæacibus admiratione, & voluptate exceptæ, horum ruditatem minime comprobant. Ad illarum narrationum formam Cteſiæ, & Jambuli fabulas efformatas ſcribit Lucianus.* Alcinoi apologos *Perizonius de Alcinoi ſermonibus perperam interpretatur. Eo nomine Ulyſſis apud Alcinoum ſermones, quos Odyſſea quatuor libris complectitur, deſignantur. Ii libri* Alcinoi apologi *inſcribuntur, quique eos præcedit, propterea quod eorumdem ſermonum præludium contineat. De Ulyſſis narrationibus Theophylactus in Proœmio Hiſtoriarum. Locus Ariſtotelis de Alcinoi apologis admodum obſcurus Parœmiographis explicatur, & emendatur ex Petro Victorio.*

QUONIAM vero ex immodicis voluptatibus ingenii tarditas proficiſcitur, in communibus proverbiis Phæaces pro hebetibus, & ſtultis habentur; quapropter & prodigioſis fabulis, ab Ulyſſe narratis, de Ciconibus, Lotophagis, Cyclopibus, de Æolo, Leſtrygonibus, Circe, de inferis, de Sirenibus, Scylla, Charybdi, bovibus Solis, quas quatuor integris

gris

Digitized by Google

gris libris Homerus complexus eſt, aures fidemque præbuerint. Unde ortum adagium, *Alcinoi apologi*, de longis, & anilibus fabulamentis, a Diogeniano, Julio Polluce, Platone, Ariſtotele relatum, ut videre licet in Adagiorum Chiliadibus.

Juvenalis Satyra xv. lib. v. in immanem Ægyptiorum crudelitatem invectus, qui, ferinis carnibus abſtinentes, humanis veſcerentur, hæc, ad rem noſtram pertinentia, ibi habet:

. . . . . . Attonito cum
Tale ſuper cœnam facinus narraret Ulyſſes
Alcinoo, bilem, aut riſum fortaſſe quibuſdam
Moverat, ut mendax aretalogus: in mare nemo
Hunc abicit, ſæva dignum, veraque Charybdi,
Fingentem immanes Leſtrygonas, atque Cyclopas?
Nam citius Scyllam, vel concurrentia ſaxa
Cyanes, plenos vel tempeſtatibus utres
Crediderim, aut tenui percuſſum verbere Circes,
Et cum remigibus grunniſſe Elpenora porcis.
Tam vacui capitis populum Phæaca putavit?
Sic aliquis merito, nondum ebrius, & minimum qui
De Corcyræa temetum duxerat urna.
Solus enim hoc Ithacus nullo ſub teſte canebat.

Equidem bilem, aut riſum adeo Phæacibus Ulyſſes non movit narrationibus ſuis, adeo ab iis pro mendaci aretalogo, ſeu pro garrulo nugatore habitus non fuit, ut contra magna illas admiratione, & voluptate exceptas fuiſſe affirmetur Odyſs. xi.

Ὡς ἔφαθ'· οἱ δ' ἄρα πάντες ἀκὴν ἐγένοντο σιωπῇ·
Κηληθμῷ δ' ἔσχοντο κατὰ μέγαρα σκιόεντα.

Digitized by Google

Sic ait; hi utique omnes quieti facti ſunt ſilentio;
Voluptate enim tenebantur per domum obſcuram.

Eadem hæc carmina initio Odyſs. xiii. repetuntur. Prætetea priore loco qualem Phæaces narrationibus illis fidem adhibuerint, Alcinoi verba demonſtrant:

Ω Οδυσεῦ, τὸ μὲν ὔτι σ' ἐΐσκομεν εἰσορόωντες,
Ηπεροπῆά τ' ἔμεν, ἠ̣ ἐπίκλοπον, ὁιά τε πολλὺς
Βόσκει γαῖα μέλαινα πολυσπερέας ανθρώπυς,
Ψέυδεά τ' ἀρτυώοντας, ὅθεν κέ τις ὐδὲ ἴδοιτο.
Σοὶ δ' ἔνι μὲν μορφὴ ἐπέων, ἔνι δὲ φρένες ἐσθλαί.
Μῦθον δ', ὡς ὅ, τ' ἀοιδὸς, ἐπιςαμένως κατέλεξας
Πάντων τ' Αργείων, σέο τ' ἀυτοῦ κήδεα λυγρά.
O Ulyſſes, id neutiquam ſuſpicamur te aſpicientes,
Impoſtoremque te eſſe, & furem, perinde ut multos
Paſcit terra nigra errones homines,
Mendacia concinnantes; unde quis nequaquam viderit.
Tibi vero ineſt elegantia verborum, menteſque bonæ.
Hiſtoriam vero, ut & poeta, ex ordine recenſuiſti
Omnium Græcorum, tuique ipſius dolores triſtes.

Et paulo poſt ſe noctem etiam inſomnem, audiendo Ulyſſem, libenter Alcinous tranſacturum teſtatur:

Καί κεν ἐς ἠῶ δῖαν ἀναχοίμην, ὅτε μοὶ σὺ
Τλαίης ἐν μεγάρῳ τὰ σὰ κήδεα μυθήσασθαι.
Equidem vel ad auroram divinam ſuſtinerē, quando tu
Suſtineas hic *in domo* mea *tuos dolores dicere.*

Ex Homeri verbis apparet, magnam quidem Phæacas ex Ulyſſis narrationibus voluptatem cepiſſe; non ita tamen, ut ad hiſtoricæ veritatis normam omnino expreſſas reputaverint. In iis hiſtorici partes eſſe, par-

partes etiam poetæ, ſeu cantoris, ſolerter perſpexit Alcinous, dum ait:

Μῦθον δ', ὡς ὅ, τ' ἀοιδὸς, ἐπιςαμένως κατέλεξας.

Hiſtoriam vero, ut & poeta, ex ordine recenſuiſti. Quapropter non video, cur ex illis apologis de Phæacum ruditate, & barbarie judicium ferendum ſit.

Lucianus in lib. 1. Verar. Hiſtoriar. in principio, cum de Cteſiæ, & Jambuli falſis narrationibus ageret: Αρχηγὸς (inquit) αὐτοῖς ϗ διδάσκαλος τῆς τοιαύτης βωμολοχίας ὁ τῦ Ομήρυ Οδυσσεὺς, τοῖς περὶ τὸν Αλκίνοον διηγούμενος ἀνέμων τε δυλείαν ϗ μονοφθάλμυς ϗ ὠμοφάγυς ϗ ἀγρίυς τινὰς ἀνθρώπυς, ἔτι δὲ πολυκέφαλα ζῶα, ϗ τὰς ὑπὸ φαρμάκων τῶν ἑταίρων μεταβολὰς, οἷα πολλὰ ἐκεῖνος πρὸς ἰδιώτας τοὺς Φαίακας ἐτερατεύσατο. *Hujus ſcurrilitatis artifex, & inventor extitit Homericus ille Ulyſſes, Alcinoo enarrans & ventorum ſervitutem, & unoculos, & cruda vorantes, ac ſylveſtres quoſdam homines, præterea multorum capitum animalia, ſocioſque meretricum veneficiis permutatos, cujuſmodi monſtra ille rudi Phæacum populo ementitus eſt.*

Cum ex hoc Luciani, aliiſque Veterum teſtimoniis certum ſit, Alcinoi apologos de Ulyſſis ſermonibus apud Alcinoum intelligendos eſſe, id tamen plures docti Viri minime videntes, inter quos Jacobus Perizonius in perpetuo ad Æliani Var. Hiſtor. Commentario, adagium illud perverſe de ipſius Alcinoi ſermonibus interpretati ſunt. Jure quidem rejicit Perizonius ad cap. XIV. lib. XIII. Schefferi opinationem, ea appellatione deſignari putantis Odyſſeæ

li-

librum VII. in quo profecto nihil eſt, quod huc pertineat, cum in eo memoretur tantum Ulyſſis adventus ad Alcinoum. At immerito ſubdit: *ſequens Odyſſeæ* VIII. *continet multos ſermones Alcinoi pro concione Phæacum, & in cœna; nec dubito, quin iſte illa appellatione a Noſtro deſignetur*. Nego, Alcinoi apologos in Alcinoi ſermonibus eſſe quærendos; nego præterea, multos Alcinoi ſermones in eo libro contineri, quem nimirum ludorum deſcriptio; & Demodoci cantiones totum ſibi vindicant; adeo ut hoc nomine Demodoci potius, quam Alcinoi apologi multo potiori jure inſcribendus fuiſſet. Fateor autem, inter plures illius libri inſcriptiones, quas Editio Barneſiana exhibet, hanc reperiri: Ἀλκίνου ἀπόλογοι, *Alcinoi apologi*; eamdemque exhiberi ab Ariſtotele in Arte Poet. ubi de variis agnitionibus diſſerens, de Ulyſſis apud Phæacas agnitione hæc habet: καὶ ἡ ἐν Ἀλκινόου ἀπολόγῳ· ἀκούων γὰρ τοῦ κιθαρῳδοῦ, καὶ μνησθεὶς, ἐδάκρυσεν, *& ea quæ in Alcinoi apologo contigit; audiens enim citharœdum, ac recordatus, flevit*. Sermo hic de Demodoci cantilenis, ac Ulyſſis ad eas fletu, de quibus Odyſſ. VIII. cumque illa Ariſtoteles ex Alcinoi apologo referat, oportet hujuſcemodi appellationem libro illi conveniſſe. De inſcriptione illa, & Ariſtotelis textu nihil habet Perizonius, quamvis cauſæ ſuæ prima fronte non parum inſervirent. Prima, inquam, fronte, Cum enim certo conſtet, per Alcinoi apologos a priſcis Scriptoribus Ulyſſis apud Alcinoum ſermones quatuor Odyſſeæ libris, ſcilicet IX. X. XI. XII. deſignari, qui eos proxime præcedit,

cedit, prædictam appellationem ea tantum de cauſa ſibi adſciſcere valuit, quod in ipſo eorumdem ſermonum quædam veluti præcentio, ſeu præludium contineatur. Nam ibi, ut poſtrema libri carmina demonſtrant, Alcinous Ulyſſi acervum propoſuit quæſtionum, unde quatuor ſubſequentium librorum narrationes cauſam, & argumentum acceperunt. Hinc eſt, librum illum, Euſtathio teſte, nominatum fuiſſe, *τὰ παρὰ Ἀλκίνῳ προδιηγήσεως, ἢ τῆς παρ' Ἀλκίνῳ προδιήγησις*, *Narrationum apud Alcinoum præparatio*. Qui priorem inſcriptionem, ut modo dicebam, minime vidit Perizonius, in poſterioribus hiſce nihil vidit, quas ita interpretatur: *Ea, quæ apud Alcinoum accidere ante longam illam narrationem rerum ſuarum, quam ſequentibus totis quatuor libris facit Ulyſſes; vel expoſitio eorum, quæ apud Alcinoum accidere ante narrationem ſubſequentem*. Προδιήγησις eſt *præparatio ad narrationem* apud Hermogenem, & Ariſtotelem Rhetor. III. ut etiam Lexicographi docent. Itaque Alcinoi apologus appellari potuit liber, in quo ad Ulyſſis narrationes, jam jam inchoandas, præparata fuit materies.

Quæ omnia palam oſtendunt, graviter ad eum Æliani locum impegiſſe Perizonium, licet Auctoris illius *difficilia quæque, obſcura, ignota, corrupta, partim ex MSS. partim ex Græca lingua, Antiquitate, Hiſtoria, Lectoribus explicare, & liquida perfundere luce* (ut ipſemet loquitur in Nupera Diſſert. eademque fere habet in Præfatione ad novam Editionem) ſuſceperit. Quæ tamen dicta minime ma-

gni-

gniloquentiæ crimini duco; quod immerito fecit Jacobus Gronovius in Nupera Notit. de var. Æliani loc. Nam Perizonii in ea Præfat. hæc quoque ſunt verba: *Sed & nullus dubito, quin, quum tam varia, & multa hic tractaverim, aliquando quoque humani quid fuerim paſſus. Prudentiæ enim foret, & vigilantiæ prorſus inuſitatæ, in tanta rerum varietate, & copia numquam dormitaſſe*. Legendus ipſe Perizonius in Reſponſ. ad eam Notit.

Theophylactus in Procemio Hiſtoriar. de excellentia, & utilitate hiſtoriæ diſſerens, nihilque ex omnibus præſtabilius aſſerens, quam multifariam hiſtoriarum cognitionem, quæ & auribus oblectamentum, & animis quædam diſcendi officina eſt, ad fidem dicto faciendam Ulyſſis narrationes apud Alcinoum exempli loco producit, ita ſcribens: τοὺς δὲ Φαίακας οὕτω τὰ τῆς ἱστορίας ἐνηύφρανεν, ὡς χαίρειν εἰπόντας τῷ πότῳ, θέατρον εἶναι δοκεῖν τὸ συμπόσιον, καὶ διανιστᾶν τὰ ὦτα, καὶ κεχηνέναι θεουμένους τὸν ἄνδρα, καὶ τῷ μήκει μηδαμῶς τῆς διηγήσεως ἀποκναίεσθαι, καίτοι τὰ πολλὰ τῶν ἀφηγημάτων κατηφεῖς εἶχε τὰς ὄψεις. μεγίστων γὰρ κινδύνων ἐμπειρίᾳ περιέῤῥει τῇ συνουσίᾳ. *Phæacas porro tanta jucunditate ipſa caſuum expoſitio perfundit, ut poculorum immemores, convivium in theatrum mutaviſſe videantur, aureſque arrigant, & ab ore Viri illius contemplabundi pendeant; nec ex narratione, tametſi longa, tædium ullum ſentiant; quamquam triſtia multa referat, periculorumque graviſſimorum, quæ ſubierit, commemoratione cœtum illum convivantium velut inundet.*

Ante-

Priuſquam ad alia tranſeam, notandum cenſeo, Ulyſſis ſermonem cum Penelope, quod huic ille eadem, quæ Alcinoo narraverat, ſed multo ſtrictius renarret, proinde Alcinoi apologum nuncupari ab Ariſtot. l. III. Rhetoric. cap. XVI. Hunc locum Eraſmus, Manutius, aliique Parœmiographi explicantes, a ſcopo omnino aberrarunt eo uſque, ut Alcinoum quemdam Scriptorem commenti ſint, qui perſonam ipſius Ulyſſis induxerit Penelopi plurima commemorantem, quaſi vel in bello, vel in itinere paſſus ea eſſet. Scopum directo attigiſſe arbitror Petrum Victorium in Comment. unde allatam explicationem deſumpſi. Monet autem Vir Clariſs. locum Ariſtotelis, qui hujuſmodi eſt: παράδειγμα ὁ Ἀλκινόου ἀπόλογος, ὅτι πρὸς τὴν Πηνελόπην ἐν ἑξήκοντα ἔτεσι πεποίηται), duplici emendatione indigere; primo ut ἔπεσι reponatur pro ἔτεσι; dein pro ἑξήκοντα numerus dimidio pene minor. Namque verſus, quibus Penelopi Ulyſſes caſus ſuos enarravit, ſunt triginta duo, ſi formis excuſos libros ſequimur, aut trigeſimus, & alter, ſi Euſtathii ſupputationem. Locus ille, ita correctus, hunc ſenſum reddit: *Exemplum Alcinoi apologus, qui ſcilicet Penelopi triginta circiter verſibus enarratus fuit*. Quare in Pariſien. Edit. Operum Ariſtot. an. 1639. ita vertitur: *Exemplum Alcinoi Apologus, qui apud Penelopen triginta verſibus factus eſt*. Valeat itaque Alcinous, quem Parœmiographi ſomniarunt. Nec enim alium hujus nominis Scriptorem novimus præter Philoſophum Platonicum, de quo inferius. Miramur, eoſdem Victorii Commentariis non profeciſſe, cum editi jam eſſent an. 1549. Baſileæ.

Digitized by Google

CAPUT XVI.

Inter Phæaciarum mulierum exercitia aurigatio. Nauſicaæ aurigantis pictura in templo Junonis ex Pauſania. Alia in propylæo Minervæ ex Plinio, ubi lectio Hemionida *retinenda. Mularis vehiculi antiquitas. Nauſicaa cum ancillis veſtes lavat in flumine. Cur non in mari, quærit Plutarchus. Eædem pilæ ludo intentæ. Nauſicaæ lavantis pictura in templo Themidis ex Pauſania. Pilaris luſionis inventio Nauſicaæ tribuitur. Sophocles Nauſicaam pila ludentem exhibuit in ſcena. Inſignis hallucinatio Iſaaci Nevvtoni, Sphæræ inventionem Nauſicaæ tribuentis. In lana, & tela texenda Phæaciæ mulieres admodum peritæ. Duo Homeri verſus crucem figunt Scholiaſtis.*

VENIO nunc ad mulierum exercitia, moreſque. Nauſicaam, ejuſque ancillas aurigationi, lotionibus, pilæ luſui intentas repræſentat Odyſs. VI. Ex cum ad fluvium contenderent, regia puella

. . ἔλαβεν μάςιγα, ϗ ἡνία σιγαλόεντα,
Μάςιξεν δ' ἐλάαν, καναχὴ δ' ἦν ἡμιόνοιϊν·
Αἱ δ' ἄμοτον τανύοντο.

. . *accepit flagellum, & lora pulchra,*
Flagellavitque ad curſum promovendum; *& ſtrepitus erat mulorum;*
Nam illi inceſſanter extendebantur.

Ut ad fluvium perventum eſt, ancillæ

. . ἡμιόνυς μὲν ὑπεκπροέλυσαν ἀπήνης,

Καὶ

Καὶ τὰς μὲν σεῦαν ποταμὸν πάρα δινήεντα,
Τρώγειν ἄγρωςιν μελιηδέα.
. . mulos ſolvebant a curru,
Et eos quidem agebant fluvium ad vorticoſum,
Ut ederent gramen dulce.

Nauſicaa, in urbem reditura, conſcenſo curru,

. . . . ἵμασεν μάςιγι φαεινῇ
Ἡμιόνυς, αἱ δ' ὦκα λίπον ποταμοῖο ῥέεθρα·
Αἱ δ' εὖ μὲν τρώχων, εὖ δὲ πλίσσοντο πόδεσσιν.
Ἡ δὲ μάλ' ἡνιόχευεν.
. . . . flagellavit flagello lucido
Mulos; hi vero celeriter reliquerunt fluvii fluenta:
Illi ſcite quidem currebant, & ſuccuſſabant pedibus.
Illa quoque bene gubernabat.

Nauſicaæ aurigantis pictura arcam quamdam in templo Junonis, ut ſcribit Pauſanias in Eliac. prior. exornabat: Παρθένυς δὲ (inquit) ἐπὶ ἡμιόνων, τὴν μὲν ἔχυσαν ἡνίας, τὴν δὲ ἐπικειμένην κάλυμμα ἐπὶ τῇ κεφαλῇ, Ναυσικᾶν τε νομίζυσιν εἶναι τὴν Ἀλκίνυ, καὶ τὴν θεράπαιναν, ἐλαύνυσαν ἐπὶ τὰς πλυνὰς. *Virgines autem mulis inſidentes, quarum altera habenas tenet, altera vero velato capite ſedet, Nauſicaam Alcinoi filiam eſſe putant, cum ancilla ad lavacra contendentem.* Pauſaniæ interpres, Romulus Amaſæus priora hujus textus verba ita vertit: *jam vero inſidentes ciſio virgines duas*, Homeri potius, quam Auctoris ſui verba ſecutus; licet uterque facile in concordiam trahi poſſint, ſi Pauſaniæ ἐπὶ ἡμιόνων pro toto curru, qui a mulis traheretur, accipiatur; pars ſcilicet pro toto. Aliam picturam Nauſicaæ, mulis vectæ, expreſſerat Protoge-

nes Athenis in propylæo delubri Minervæ, teſte Plinio lib. xxxv. cap. x. his verbis: *fecit nobilem Paralum, & Hemionida, quam quidam Nauſicaam vocant.* Qui lectioni *Hemionida* alias ſubſtituunt, ſcilicet vel *Hermionida*, vel *Hammonida*, vel *Hammoniadem* (cujuſmodi præfert Editio Batava cum Not. Var.) Plinii textum corrumpunt, nec vident, currui mulari inſidentem, Nauſicaam jure *Hemionida* appellari potuiſſe.

Απήνης, ſeu mularis vehiculi uſum antiquum fuiſſe, & decorum, ut probaret Ezechiel Spanhemius de Uſu, & Præſt. Vet. Num. Diſſert. IIX. illius ex Homero exemplum adduxit, cui impoſita fuerunt a Priamo, ferenda ad redimendum Hectoris corpus ad Achillem, dona Iliad. xxiv. At multo aptius propoſito fuiſſet Nauſicaæ iſtud, quo videlicet regia puella vehebatur, ipſemet moderatrix, quodque Pauſanias, & Plinius in allatis modo textibus oſtentant, cum Priami illud donis tantummodo onuſtum traheretur. Item Jul. Pollux in Onom. lib. x. cap. xii. Nauſicaæ lecticam oſtentat ex Sophoclis Dramate; ad quem locum legendi Interpretes, pro uno habentes *ἀπήνῃ* Homeri, & λαμπήνῃ Sophoclis in eo Dramate.

Hujus vecturæ cauſa veſtium lavatio. Quapropter Nauſicaa cum ad fluvium jam perveniſſet, ancillæ

. . . . ἀπ' ἀπήνης
Εἵματα χερσὶν ἕλοντο, καὶ ἐσφόρεον μέλαν ὕδωρ·
Στεῖβον δ' ἐν βόθροισι, θοῶς ἔριδα προφέρουσαι.
Αὐτὰρ ἐπεὶ πλῦνάν τε, κάθηράν τε ῥύπα πάντα,
Ἑξείης πέτασαν παρὰ θῖν' ἁλὸς, ἧχι μάλιςα
Λάϊγγας ποτὶ χέρσον ἀποπλύνεσκε θάλασσα.

. . a

. . . . *a curru*
Veſtes manibus ceperunt, & injecerunt in nigram aquam:
Preſſabant autem in ſcrobibus, celeriter certamen proferentes.
Ceterum poſtquã laveruntque, purgaruntq. ſordes omnes,
Ordine extenderunt ad littus maris, qua potiſſimum
Lapillos ad littus abluebat mare.

Pauſanias in Attic. ubi de Themidis delubro, quod pinxit Polygnotus: ἔγραψε ᾗ (inquit) καὶ πρὸς τῷ ποταμῷ ταῖς ὁμοῦ Ναυσικάᾳ πλυνούσαις ἐφιστάμενον Ὀδυσσέα, *Pinxit autem Ulyſſem juxta ancillas una cum Nauſicaa lavantes ad flumen.*

In Plutarchi Problematibus Convivalibus libro I. Problema IX. inſcribitur: διὰ τί τῷ ποτίμῳ μᾶλλον, ἢ τῷ θαλαττίῳ πλύνουσι τὰ ἱμάτια; *Cur dulci potius aqua, quam marina laventur veſtimenta?* Ibi Themiſtocles quidam Stoicus quærit, δι' ἣν αἰτίαν Ὅμηρος ἐν ποταμῷ πλύνουσαν, οὐκ ἐν τῇ θαλάττῃ, καίπερ ἐγγὺς οὔσῃ, τὴν Ναυσικάαν πεποίηκε; *Qua de cauſa Homerus Nauſicaam in flumine veſtimenta lavantem, non vero in mari, quamvis proximo, ſcripſerit?* Videſis laudatum Problema.

Ad flumen erant lavacra. Namque

. . . . ποταμοῖο ῥόον περικαλλέ' ἵκοντο,
Ἔνθ' ἤτοι πλυνοὶ ἦσαν ἐπηετανοί, πολὺ δ' ὕδωρ
Καλὸν ὑπεκπρορέει, μάλα πέρ ῥυπόωντα καθῆραι.
. . . . *fluvii ad alveum limpidum pervenerunt,*
Ubi lavacra erant perennia, multaque aqua
Pulchra profluebat, etiam plurimum ſordidata ad purgandum ſufficiens.

Dum

Dum autem veſtes ſolis ardore ſiccarentur,
Σφαίρῃ ταί τ' ἄρ' ἔπαιζον, ἀπὸ κρήδεμνα βαλοῦσαι.
Pila ipſæ ludebant, capitis redimicula deponentes.

Ac paulo poſt:

Σφαῖραν ἔπειτ' ἔῤῥιψε μετ' ἀμφίπολον βασίλεια·
Ἀμφιπόλου μὲν ἄμαρτε, βαθείῃ δ' ἔμπεσε δίνῃ.
Pilam deinde jecit ad ancillam Princeps:
Ab ancilla quidem aberravit; in profundum autem
incidit gurgitem.

Mulierem quamdam Corcyræam, nomine Agallis, pilaris luſionis inventionem Nauſicaæ tribuiſſe, teſtatur Athenæus lib. I. Ὀρχήσεις δὲ (inquit Athen.) εἰσὶ παρ' Ὁμήρῳ, αἱ μέν τινες τῶν κυβιστητήρων, αἱ δὲ διὰ τῆς σφαίρας, ἧς τὴν εὕρεσιν Ἀγαλλὶς ἡ Κερκυραία Γραμματικὴ Ναυσικάᾳ ἀνατίθησι, ὡς πολίτιδι χαριζομένη. *Saltationes quidem apud Homerum aliæ ſunt eorum, qui præcipites ſeſe in caput provolvunt, aliæ cum pila, cujus inventionem Agallis Corcyræa Grammatica Nauſicaæ adſcribit, concivi ſuæ gratificans.* Moxque ſubdit: ταύτην δὲ μόνην τῶν ἡρωίδων Ὅμηρος παράγει σφαιρίζουσαν, *ſolam quidem Nauſicaam ex Heroidibus pila ludentem Homerus inducit.* Heroidis cognomento Nauſicaam decoratam reperimus pariter in numiſmate cuſo a Mitylenæis in ejus honorem, quod profert Jac. Spon ſui Itiner. T. III. tamquam omnino ſingulare commendans. Ex Athenæo Suidas in v. Ἀναγαλλὶς (ita eam Grammaticam vocat) Ἀναγαλλὶς (inquit) ἡ Κερκυραία Γραμματικὴ, ἥτις τὴν τῆς σφαίρας εὕρεσιν Ναυσικάᾳ τῇ Ἀλκινόου θυγατρὶ ἀνατίθησιν. *Anagallis, Corcyræa Grammatica, quæ pilæ inventionem Nauſicaæ Alcinoi filiæ attribuit.* Eu-

Euſtathius Scholiaſta, poſtquam notaſſet, ſphæriſterii ſtudioſos fuiſſe, e civitatibus quidem communiter Lacedæmonios, e regibus autem Magnum Alexandrum, ſubdit: ἰδιωτῶν δὲ, Σοφοκλῆς ὁ τραγικὸς, ὃς καὶ ὅτε φασὶ τὰς πλυντρίας ἐδίδασκε, τὸ τῆς Ναυσικάας πρόσωπον σφαίρᾳ παιζούσης ὑποκρινόμενος, ἰσχυρῶς εὐδοκίμησεν, *E privatis hominibus Sophocles tragicus, quem ingentes plauſus excepiſſe ferunt, cum Lotricum fabulam edidit, Nauſicaæ pila ludentis perſonam ſimulans.*

Quæ apertiſſima Homeri, ejuſque Scholiaſtæ, necnon Athenæi, aliorumque veterum Scriptorum teſtimonia haudquaquam comperta habens Iſaacus Nevvtonus, hujus ætatis Mathematicorum facile princeps, fœde hallucinatus eſt in adſcribenda technicæ pro repræſentandis cœli motibus Sphæræ inventione Nauſicaæ, eam veroſimillimum putans ab Argonautis, dum in Corcyra morarentur, accepiſſe Nauſicaam, quibus nimirum ante elaborata foret a Chirone, atque Orpheo ad longæ navigationis uſum. Ita ipſe pag. 89. Libri, Pariſiis impreſſi an. 1728. *La Chronologie des anciens Royaumes corrigée*; teſtem adhibens (quod ſpectat ad Spheræ inventionem) Suidæ textum, ſupra memoratum. In eo mirum eſt Clariſs. Virum cæcutiiſſe, cum Suidas Athenæum illic, quod alibi etiam facit, exſcribens, eumdem ſibi dicti ſui fidum interpretem paret, apud quem ex ipſo Agallidis teſtimonio, ut vidimus, Nauſicaa inventrix proditur ſphæræ ludicræ, qua regiam illam puellam ex Homero admodum valuiſſe, mirum pariter eſt, Nevvtonum ignoraſſe. Sed ad noſtram hanc

admi-

admirationem augendam vel maxime facit, quod ipſemet Suidas in voce Σφαῖρα, idem repetens de Nauſicaa, mox ſubjicit vocem Σφαιρίζω, *pila ludo*, unde Suidas ipſe priorem vocem abſque interpretis ope explicaſſe comperitur. Inſignis hujuſmodi hallucinatio tanto Viro fuit quodammodo baſis ad figendam Argonauticæ expeditionis Epocham ex cœleſtium ſignorum poſitione, quam, Argonautis ad Corcyram appellentibus, obtinuiſſe, confidenter affirmat. De hoc viderint Aſtronomicæ diſciplinæ periti, inter quos forte non deerunt, qui Nevvtonianam opinationem ad Alcinoi Apologos amandent. Unum addo, Nauſicaæ in pilaria luſione præſtantiam, quam celebriorem adhuc reddit judicium ex Aulo Gellio, inferius proferendum, inter Homericos de ea verſus, & Virgilianos de Didone, optime exploratam habuiſſe Cœlium Rhodiginum, Voſſium, Caſaubonum, Meurſium, Souterium, ac alios, quotquot de Veterum ludis tractatus ediderunt, demum Lexicorum Hiſtoricorum, quæ omnium manibus paſſim teruntur, nuperos Auctores, adeo ut ſoli Nevvtono (quod ego quidem ſciam) eam ignoraſſe contigerit, & pro pila ludicra Sphæram mechanicam comminiſci. Utinam Eruditi utrumque Homeri poema frequentius volverent, quo fieret, ut in mythici temporis Heroum moribus, & inſtitutis explicandis tutius pedem figerent, ac propterea non adeo multa in eo argumento ſeu ignorarent, ſeu peccarent, quod ipſis non raro uſuvenire præſens hic libellus oſtendit.

Aurigatio, & pilæ luſus ſtrenuos, ac mares Phæaciarum puellarum animos oſtendunt. Communia ipſis

Digitized by Google

ipſis cum reliquis mulieribus, quæ ſequuntur. Nauſicaa de Areta matre ſua ad Ulyſſem Odyſs. vi.

. . . ἡ δ' ἧϛαι ἐπ' ἐσχάρῃ ἐν πυρὸς αὐγῇ,
Ηλάκατα ϛρωφῶσ' ἁλιπόρφυρα, θαῦμα ἰδέσθαι,
Κίονι κεκλιμένη, δμωαὶ δέ οἱ εἵατ' ὄπισθεν.

. . . hæc autem ſedet ad focum in ignis ſplendore,
Penſum verſans purpureum, mirabile viſu,
Columnæ recumbens: & ancillæ ſedent pone illam.

Ulyſſes, regium palatium ingreſſus, quinquaginta ibi mulieres molæ, lanæ, telæ intentas deprehendit Odyſs. vii.

Πεντήκοντα δέ οἱ δμωαὶ κατὰ δῶμα γυναῖκες·
Αἱ μὲν ἀλετρεύουσι μύλης ἔπι μήλοπα καρπὸν,
Αἱ δ' ἱϛοὺς ὑφόωσι, καὶ ἠλάκατα ϛρωφῶσιν
Ημεναι, οἷά τε φύλλα μακεδνῆς αἰγείροιο·
Καιροσέων δ' ὀθονέων ἀπολείβεται ὑγρὸν ἔλαιον.
Τόσσον Φαίηκες περὶ πάντων ἴδριες ἀνδρῶν
Νῆα θοὴν ἐνὶ πόντῳ ἐλαυνέμεν, ὣς δὲ γυναῖκες
Ιϛὸν τεχνῆσαι· περὶ γάρ σφισι δῶκεν Αθήνη
Εργά τ' ἐπίϛασθαι περικαλλέα, καὶ φρένας ἐσθλάς.

Quinquaginta autem ei ancillæ *per domum fœminæ:*
Aliæ quidẽ molunt ſub mola pomacei coloris frumentũ,
Aliæ telas texunt, & penſum verſant
Sedentes, qualiter folia excelſæ populi:
Staminatiſque veſtibus diſtillat quaſi *humidum oleum.*
Quantum Phæaces ſupra omnes periti ſunt homines
In celeri nave per pontum navigare, tantum etiam mulieres præſtant
In tela operanda: ſupra modum enim illis dedit Pallas
Operaque ſcire perpulchra, & ingenium bonum.

Duo ſunt in his poſtremis verſibus, quæ Scholiaſtis crucem figunt, videlicet illa comparatio, οἷά τε φύλλα μακεδνῆς αἰγείροιο, *qualiter folia excelſæ populi,* quodque mox ſequitur, καιροσέων δ' ὀθονέων ἀπολείβεται ὑγρὸν ἔλαιον, *ſtaminatiſque veſtibus diſtillat* quaſi *humidum oleum*. Ad priorem locum ita Didymus: Οἱ μὲν, ὅτι ἡλιοτροπίου τάξιν ἐπεῖχον καθήμεναι θεατροειδῶς· οἱ δὲ, ὅτι πεπύκνωται τὸ δένδρον τοῖς φύλλοις. φύλλα δὲ, ἤτοι διὰ τὸ πλῆθος, ἢ διὰ τὸ εὐκίνητον τῶν χειρῶν ἐν τῷ ςρέφειν τὴν κρόκην, ὡς ϗ τὰ φύλλα τῆς αἰγείρου ἀντεςραμμένα ἀλλήλοις, ϗ εὐκίνητα ῥαδίως, ϗ ὑπὸ τυχούσης ἄυρας. *Alii quidem, quod theatrice quaſi ad formam heliotropii conſiderent; alii vero, quoniam foliis arbor illa condenſata eſt. Folia autem ſive propter multitudinem, ſive propter manuum mobilitatem in ſubtegmine vertendo, veluti folia populi invicem colligata, & quæ facile moventur, vel a qualicumque aura.* Eadem ferme Euſtathius, cui placet, ita dictas ancillas διὰ τὸ εὐκίνητον ϗ συνεχὲς τῆς αὐτῶν ἐργασίας, *quod expedite, & continue operarentur*. Ad ſecundum locum idem Didymus: Ητοι οὕτως ἦσαν πυκναὶ, ὡς μηδὲ ἔλαιον δι' αὐτῶν διελθεῖν, ἢ ἔξωθεν, ὡς ἔλαιον, ἔςιλβον διὰ τὴν λευκότητα· ἢ τρυφεραὶ ἦσαν, ὡς δοκεῖν ἀποῤῥεῖν· ἢ οὕτως ἀποςίλβειν τὸν μίτον, ὡς δοκεῖν ἔλαιον ἀποβάλλειν. *Vel quod adeo denſæ erant* (veſtes illæ, quæ texebantur) *ut oleum illas penetrare non poſſet, vel quod exterius, olei inſtar, ſplenderent propter albedinem; aut quod pingues eſſent, ut viderentur diffluere; aut quod licium ita eniteret, ut oleum emittere videretur.* Huc recidunt, quæ apud Euſtathium leguntur.

CA-

CAPUT XVII.

Nauſicaæ pudor vere virgineus. Injectum ſibi a Minerva in ſomnis, nuptiarum deſiderium patri ex modeſtia minime pandit. Item ex modeſtia Ulyſſi, in Urbem ingredienti, ſociari refugit. Votum, quo Ulyſſem ſibi in maritum optavit, quidam reprehendunt apud Plutarchum. Ab inverecundiæ labe vindicatur. Eximia Nauſicaæ forma. Nauſicaæ cum Diana comparatio. Homericos ea de re verſus improſpere imitari viſus Virgilius ex Gellio. Andreæ Marmoræ hiſtoria commentis referta. Alcinous Phæaciæ rex cum Alcinoo Platonico fœde confunditur in Indice Bibliothecæ Coisliniana. Index ille parum accuratus. Plutarchi locus de Phæacum pietate. Ob hanc ab Agathocle ſubſannantur.

MENTEM bonam, quam Phæaciis mulieribus a Pallade inditam ſcribit Homerus, præter ea, quæ de Areta dicta ſunt, dicenda modo de Nauſicaa ex Odyſs. VI. comprobabunt, virgineum ſcilicet pudorem in regja puella, commendatione digniſſimum.

Minerva, de Ulyſſis in patriam reditu maxime ſollicita, illi, ad Phæaciam appulſo, cum Nauſicaam obviam facere cogitaret, eam in ſomnis his verbis compellavit:

Ναυσικάα, τί νύ σ' ὧδε μεθήμονα γείνατο μήτηρ;
Εἵματα μέν τοι κεῖται ἀκηδέα, σιγαλόεντα·
Σοὶ δὲ γάμος σχεδόν ἐστιν, ἵνα χρὴ καλὰ μὲν αὐτὴν

Εννυσθαι, τὰ δὲ τοῖσι παραοχεῖν, οἵ κέ σ' ἄγωνται.
Ἐκ γάρ τοι τέτων φάτις ἀνθρώπους ἀναβαίνει
Ἐσθλή· χαίρουσιν δὲ πατὴρ, καὶ πότνια μήτηρ.
Ἀλλ' ἴομεν πλυνέουσαι.

Nauſicaa, ecquid te te ſic negligentem peperit mater?
Veſtes enim tibi jacent neglectæ, pulchræ:
Tibi vero nuptiæ inſtant, quando oportet pulchras te ipſam
Induere, aliaſque illis præbere, qui te ducent.
Etenim ex his fama tibi apud homines aſcendit
Bona; gaudentque pater, & veneranda mater.
Quin eamus loturæ.

Subditque:

. . . οὔ τοι ἔτι δὴν παρθένος ἔσσεαι·
Ἤδη γάρ σε μνῶνται ἀριστῆες κατὰ δῆμον
Πάντων Φαιήκων, ὅθι τοὶ γένος ἐστὶ καὶ αὐτῇ.
Ἀλλ' ἄγ' ἐπότρυνον πατέρα κλυτὸν ἠῶθι πρὸ
Ἡμιόνους καὶ ἅμαξαν ἐφοπλίσαι, ἥ κεν ἄγησι
Ζῶστρά τε, καὶ πέπλους, καὶ ῥήγεα σιγαλόεντα.
Καὶ δέ σοι ὧδ' αὐτῇ πολὺ κάλλιον, ἠὲ πόδεσσιν
Ἔρχεσθαι· πολλὸν γὰρ ἄπο πλυνοί εἰσι πόληος.

. . . non amplius diu virgo eris;
Dudum enim te ambiunt optimi in populo
Omnium Phæacum, ubi tibi genus eſt etiam ipſi.
Verum age incita patrem inclytum matutino tempore,
Ut mulos & currum apparet, qui vehere queat
Tunicaſque, & peplos, & pallia pulchra.
Quippe tibi ſic ipſi multo honeſtius eſt, quam pedibus
Ire; multum enim abſunt lavacra ab urbe.

Nauſicaa, ſomnium admirata, ut primum e le-

cto ſurrexit, patri occurrens, ab eo quidem popoſcit, ut veſtes in flumine lavare ſibi liceret, nuptias vero modeſte reticuit, hæc loquens:

Πάππα φίλ', ὐκ ἂν δή μοι ἐφοπλίσσειας ἀπήνην
Υψηλὴν, ἔυκυκλον, ἵνα κλυτὰ εἵματ' ἄγωμαι
Ες ποταμὸν πλυνέυσα, τά μοι ῥερυπωμένα κεῖται;
Καὶ δέ σοι αὐτῷ ἔοικε μετὰ πρώτοισιν ἐόντι
Βυλὰς βυλεύειν καθαρὰ χροῒ εἵματ' ἔχοντα.
Πέντε δέ τοι φίλοι ὗες ἐνὶ μεγάροις γεγάασιν,
Οἱ δύ' ὀπυίοντες, τρεῖς δ' ἠίθεοι θαλέθοντες·
Οἱ δ' αἰεὶ ἐθέλυσι, νεόπλυτα εἵματ' ἔχοντες,
Ες χορὸν ἔρχεσθαι· τὰ δ' ἐμῇ φρενὶ πάντα μέμηλεν.
Ως ἔφατ'· αἴδετο γὰρ θαλερὸν γάμον ἐξονομῆναι
Πατρὶ φίλῳ· ὁ δὲ πάντα νόει.

Pater chare, annon utique mihi apparaveris currum
Excelſum, rotundum, ut pulchras veſtes ducam
Ad flumen lotura, quæ mihi ſordidatæ jacent?
Quin etenim tibi ipſi convenit inter primores verſantem
Conſilium conſulere, pulchras corpori veſtes habentem.
Quinque etenim tibi chari filii in regia ſunt,
Quorum duo in matrimonio, tres autẽ cœlibes florentes;
Hi ſemper volunt, recens lotis veſtibus induti,
Ad ſaltationem ire; hæc meæ menti omnia curæ ſunt.
Sic ait; verebatur enim floridas nuptias nominare
Patri charo; ille tamen omnia intelligebat.

Virginalem etiam modeſtiam præſetulit Nauſicaa, dum una cum Ulyſſe in Urbem ingredi refugiens, has cauti conſilii rationes expoſuit:

Καὶ νύ τις ὧδ' εἴπῃσι κακώτερος ἀντιβολήσας,
Τίς δ' ὅδε Ναυσικάᾳ ἕπεται καλός τε, μέγας τε

Ξεῖ-

Ξεῖνος; ποῦ δέ μιν εὗρε; πόσις νύ τοι ἔσσεται αὐτῇ;
Ἤ τινά που πλαγχθέντα κομίσσατο ἧς ἀπὸ νηός,
Ἀνδρῶν τηλεδαπῶν· ἐπεὶ οὔ τινες ἐγγύθεν εἰσίν.
Ἤ τις οἱ εὐξαμένη πολυάρητος θεὸς ἦλθεν,
Οὐρανόθεν καταβάς; ἕξει δέ μιν ἤματα πάντα.
Βέλτερον, εἰ κ' αὐτὴ περ ἐποιχομένη πόσιν εὗρεν
Ἄλλοθεν· ἦ γὰρ τούσδέ γ' ἀτιμάζει κατὰ δῆμον
Φαίηκας, τοί μιν μνῶνται πολέες τε καὶ ἐσθλοί.
Ὡς ἐρέουσιν, ἐμοὶ δέ κ' ὀνείδεα ταῦτα γένοιτο·
Καὶ δ' ἄλλῃ νεμεσῶ, ἥτις τοιαῦτά γε ῥέζοι,
Ἥ τ' ἀέκητι φίλων πατρὸς καὶ μητρὸς ἐόντων
Ἀνδράσι μίσγηται, πρὶν γ' ἀμφάδιον γάμον ἐλθεῖν.

Et fortaſſe quis ſic diceret te deterior obviam factus :
Quis ille, qui Nauſicaam ſequitur pulcherque, magnuſque
Hoſpes ? ubi illum nacta eſt ? maritus certe erit ipſi ?
Aut alicubi errantem benigne eduxit e ſua navi
Ex viris externis ; nam nulli prope ſunt hujuſmodi .
Aut quiſpiam ſupplicanti multũ exoptatus Deus adeſt,
E cœlo delapſus ? habebit vero ipſum dies omnes .
Recte facit, ſi ipſa obambulans maritum invenit
Aliunde : certe hos ſprevit in populo
Phæacas, qui ipſam ambiunt multique & nobiles.
Sic dicent ; mihi vero hæc probra eſſent :
Atque alii ſuccenſerem, quæcumque talia faceret,
Quæ, invitis charis patre & matre viventibus,
Viris miſcetur, priuſquam palam nuptiæ advenifſent :

Dum adeo ſtudioſe cavet Nauſicaa, ne vel improborum concivium ſuſpicionibus ſua pateat pudicitia, minime defuerunt, qui inverecundiæ verterint votum, quo, Ulyſſem ſibi in maritum exoptans, ait :

At

Αἲ γὰρ ἐμοὶ τοιόσδε πόσις κεκλημένος εἴη
Ενθάδε ναιετάων, καί οἱ ἅδοι αὐτόθι μίμνειν.
Utinam mihi talis maritus vocatus eſſet
Hic habitans, & ipſi placeret hic manere.

Hinc tamen non omnino regiam puellam condemnandam, aſſerit Plutarchus in Tract. De audiend. Poet. hancque adhibet diſtinctionem: εἰ μὲν ἡ Ναυσικάα ξένον ἄνδρα τὸν Οδυσσέα θεασαμένη, καὶ παθοῦσα τὸ τῆς Καλυψοῦς πάθος πρὸς αὐτὸν, ἅτε δὴ τρυφῶσα, καὶ γάμων ὥραν ἔχουσα, τοιαῦτα μωραίνει πρὸς τὰς θεραπαινίδας, ψεκτέον τὸ θράσος αὐτῆς, καὶ τὴν ἀκολασίαν. εἰ δὲ τοῖς λόγοις τοῦ ἀνδρὸς τὸ ἦθος ἐνιδοῦσα, καὶ θαυμάσασα τὴν ἔντευξιν αὐτοῦ πολλὴν νοῦν ἔχουσαν, εὔχεται τοιούτῳ συνοικεῖν μᾶλλον, ἢ πλωτικῷ τινι, καὶ ὀρχηστικῷ τῶν πολιτῶν, ἄξιον ἀγασθαι. *Si quidem Nauſicaa, peregrinum virum Ulyſſem conſpicata, eodemque, quo Calypſo, erga eum modo affecta, quippe delicate vivens, & nuptiis matura, hæc ad ancillas ſtulte verba loquitur, reprehenſionem audacia ejus meretur, ac impudicitia. Sin ex ſermone Viri ingenium perſpiciens, admirataque alloquium ejus admodum prudens, optat talem ſibi potius maritum, quam navicularium aliquem, & ſaltatorium civem, veniam meretur.*

Equidem non video, qua ratione aliquis cenſere potuerit, forte Nauſicaam ex ſermone Viri ingenium perſpicientem, ejuſque prudens alloquium admiratam, ad Ulyſſem exarſiſſe, cum eam corporis pulchritudine captam carmina, votum illud antecedentia, palam edoceant. Ibi enim de Ulyſſe:

Αὐτὰρ ἐπειδὴ πάντα λοέσσατο, καὶ λίπ' ἄλειψεν,

Αμ-

Αμφὶ δὲ ἔιματα ἕσσαθ᾽, ἅ οἱ πόρε παρθένος ἀδμής,
Τὸν μὲν Αθηναίη θῆκεν, Διὸς ἐκγεγαῦια,
Μέιζονά τ᾽ εισιδέειν, καὶ πάσσονα· κὰδ᾽ δὲ κάρητος
Οὔλας ἧκε κόμας, ὑακινθίνῳ ἄνθει ὁμοίας.
Ceterum poſtquam omnia abluiſſet, & oleo inunxiſſet;
Veſteſque induiſſet, quas illi præbuerat virgo intacta,
Hunc quidem Minerva reddidit, ex Jove nata,
Majoremque aſpectu, & pinguiorem: a capite vero
Criſpas demiſit comas, hyacinthino flori ſimiles:

Et mox:

Εζετ᾽ ἔπειτ᾽, ἀπάνευθε κιών, ἐπὶ θῖνα θαλάσσης;
Κάλλεϊ καὶ χάρισι ςίλβων· θηεῖτο δὲ κούρη.
Conſedit deinde, quum ſeorſum ceſſiſſet, ad littus maris,
Pulchritudine, & gratia reſplendens; admirabatur
utique ipſa *puella*.

Corporis itaque ſpecies, non autem alloquii prudentia, Nauſicaæ amorem erga Ulyſſem inſinuavit. Ne propterea inverecundiæ rea peragatur, ad ea puellæ verba animadverti volumus, quibus corporis quidem pulchritudinem, & gratiam, ſed cum divina quadam majeſtate conjunctam, ſe in Ulyſſe ſuſpexiſſe ipſamet teſtatur:

Οὐ πάντων ἀέκητι θεῶν, οἱ ὄλυμπον ἔχουσιν,
Φαιήκεσσ᾽ ὅδ᾽ ἀνὴρ ἐπιμίσγεται ἀντιθέοισι.
Πρόσθεν μὲν γὰρ δή μοι ἀεικέλιος δόατ᾽ ἔιναι,
Νῦν δὲ θεοῖσιν ἔοικε, τοὶ οὐρανὸν εὐρὺν ἔχουσιν.
Non omnibus invitis Diis, qui cœlum tenent,
Ad Phæacas hic vir pervenit Diis ſimiles.
Nam antea mihi nihili videbatur eſſe,
Nunc vero Diis ſimilis, qui cœlum latum inhabitant.

Credi-

Credibile eſt, ex ea corporis ſpecie mentis præſtantiam Nauſicaam arguiſſe, adeo ut ipſa quoque de Ulyſſe dicere potuerit, quod de eo Aretam dixiſſe comperimus Odyſs. xi.

Φαίηκες, πῶς ὔμμιν ἀνὴρ ὅγε φαίνεται εἶναι,
Εἶδός τε, μέγεθός τε, ἰδὲ φρένας ἔνδον ἐίσας;
Phæaces, quomodo vobis vir ille apparet eſſe,
Formaque, magnitudineque, atque mente intus pari?

Vindicata itaque ab omni procacitatis labe Nauſicaæ pudicitia; hæc eo majori admiratione digniorem ſeſe præbet, quo certius conſtat, cum eximia forma fuiſſe conjunctam. Sub initium vi. Odyſs. ea dicitur

. . . ἀθανάτῃσι φυὴν, καὶ εἶδος ὁμοίη.
. . . immortalibus indole, & ſpecie ſimilis.

Ulyſſes vero, eam alloquens, his verbis formam ejus extollit:

Γουνοῦμαί σε, ἄνασσα· θεός νύ τις ἢ βροτός ἐσσί·
Εἰ μέν τις θεός ἐσσὶ, τοὶ οὐρανὸν εὐρὺν ἔχουσιν,
Αρτέμιδί σε ἔγωγε, Διὸς κούρῃ μεγάλοιο,
Εἶδός τε, μέγεθός τε, φυήν τ', ἄγχιστα ἐίσκω.
Εἰ δέ τις ἐσσὶ βροτῶν, τοὶ ἐπὶ χθονὶ ναιετάουσι,
Τρισμάκαρες μέν σοί γε πατὴρ, καὶ πότνια μήτηρ,
Τρισμάκαρες δὲ κασίγνητοι· μάλα πού σφισι θυμὸς
Αἰὲν εὐφροσύνῃσιν ἰαίνεται, εἵνεκα σεῖο,
Λευσσόντων τοιόνδε θάλος χορὸν εἰσοιχνεῦσαν.
Κεῖνος δ' αὖ περὶ κῆρι μακάρτατος ἔξοχον ἄλλων,
Ος κέ σ' ἐέδνοισι βρίσας οἶκόνδ' ἀγάγηται.
Οὐ γάρ πω τοιοῦτον ἴδον βροτὸν ὀφθαλμοῖσιν,
Οὔτ' ἄνδρ', οὔτε γυναῖκα· σέβας μ' ἔχει εἰσορόωντα.

Suppliciter te oro, o regina, dea ſive aliqua, aut mortalis es:
Siquidem dea es earum, *quæ latum cœlum incolunt,*
Dianæ te ego Jovis filiæ magni
Formaque, ſtaturaque, indoleq. quam proxime aſſimilò.
Sin aliqua es hominum, qui ſupra terram habitant,
Ter beati tibi pater, & veneranda mater,
Ter beati fratres; valde nimirum ipſorum animus
Uſque lætitia perfunditur, tui gratia,
Videntibus tale germen ad choream prodeuntem.
Porro rurſum ille animo feliciſſimus præter ceteros,
Quicumque te ſponſaliis onerans domum duxerit.
Nondum enim talem vidi hominem oculis,
Neque virum, neque mulierem; admiratio me tenet aſpicientem.

Paulo ante Nauſicaam, pila cum ancillis ludentem, Dianæ, venationem cum Nymphis exercenti, comparaverat Poëta; eaque illa eſt comparatio, quam omnino improſpere imitari viſus eſt Valerio Probo, ut ejus diſcipuli Aulo Gellio retulerunt, Virgilius, cum eadem Diana Didonem conferens: *Et quoniam de transferendis ſententiis loquor, memini audiſſe me ex Valerii Probi diſcipulis, docti hominis, & in intelligendis penſitandiſque veteribus ſcriptis bene callidi, ſolitū eum dicere, nihil quicquam tam improſpere Virgilium ex Homero vertiſſe, quam verſus hos amœniſſimos, quos de Nauſicaa Homerus fecit;* inquit Gellius lib. IX. cap. IX. Verſus poſtea tam Homericos, quam Virgilianos inſerens, qui hujuſmodi ſunt:

Οἵη δ' ἄρτεμις εἶσι κατ' οὔρεος ἰοχέαιρα,
Η κ[illegible] Τηΰγετον περιμήκετον, ἢ Ερύμανθον,

Τερ-

Τερπομένη κάπροισι, καὶ ὠκείῃς ἐλάφοισι,
Τῇ δέ θ' ἅμα Νύμφαι, κοῦραι Διὸς Αἰγιόχοιο,
Ἀγρονόμοι παίζουσι· γέγηθε δέ τε φρένα Λητώ·
Πασάων δ' ὕπερ ἥ γε κάρη ἔχει, ἠδὲ μέτωπα,
Ῥεῖα δ' ἀριγνώτη πέλε(τ), καλαὶ δέ τε πᾶσαι·
Ὡς ἥ γ' ἀμφιπόλοισι μετέπρεπε παρθένος ἀδμής.
Qualis in Eurotæ ripis, aut per juga Cynthi
Exercet Diana choros: quam mille ſecutæ
Hinc, atque hinc glomerantur Oreades: illa pharetram
Fert humero, gradienſque deas ſupereminet omneis.
Latonæ tacitum pertentant gaudia pectus.
Talis erat Dido, talem ſe læta ferebat.

Demum Virgilianos Homericis multis de cauſis longe inferiores eſſe contendens, caput his verbis concludit: *Præter iſta omnia, florem ipſius totius loci videri Virgilium omiſiſſe, quod hunc Homeri verſum exigue ſecutus ſit:*

Ῥεῖα δ' ἀριγνώτη πέλεται, καλαὶ δέ τε πᾶσαι,

Facilis enim cognitu eſt; pulchræ tamen & omnes; quando nulla major cumulatiorque pulchritudinis laus, quam quod una inter omnes pulchras excelleret, una facile ex omnibus noſceretur. Videſis Julium Cæſarem Scaligerum Art. Poet. lib. v. cap. III. Homericos, & Virgilianos hujuſce comparationis verſus fuſius diſcutientem, ac pro Virgilianis more ſuo acerrime pugnantem. Demetrius Phaler. de Elocut. comparationem illam Nauſicaæ cum Diana, & laudatum modo verſum in exemplum adducit elegantiarum, quæ ſunt σεμναὶ καὶ μεγάλαι, *dignitatis plenæ & amplæ;* ad quem locum Pet. Victorius: *Verſus vero hos Homeri*

S 2 *expreſ-*

expreſſiſſe Virgilium magis notum eſt, quam ut indicare oporteat; & eximie ſane ſuaviterque expreſſiſſe.

Demum Odyſs. VIII. divinam Nauſicaæ formam tribuit Poeta:

. . . Ναυσικάα δὲ θεῶν ἄπο κάλλος ἔχουσα,

. . . *Nauſicaa vero a Diis pulchritudinem habens.*

Hucuſque Corcyræorum ex Homero antiquitates, in quarum perveſtigatione Andreæ Marmoræ hiſtoria adeo nullum adjumentum mihi præſtitit, ut contra, ſi quo modo illius narrationi fidendum putaſſem, graviſſima ſphalmata admittendi locum præbuiſſet. In ea narratione tot fere figmenta, quot verba. Ait ipſe, Ulyſſem in alveo Corcyræ cum omnibus navibus naufragium feciſſe: eum Trojani excidii hiſtoriam, Alcinoo petente, ſæpius iteraſſe; cumque de Eucheneo, qui Corcyræorum dux ad Trojam militaverat, verba faceret, atque Hectori, & Achilli fortitudine haudquaquam ſecundum prædicaret, Alcinoum in lacrymas ruiſſe: Ulyſſi Nauſicaam ab Alcinoo deſponſam fuiſſe, nuptiaſque in Corcyra celebratas, & cum ea Ithacam patriam repetiiſſe. In quibus omnibus Marmora Homeri narrationibus immane quantum refragetur, ſicuti & antiquorum quorumvis Scriptorum, ne uno quidem (aut ego fallor) excepto; nec præterea credo, recentem aliquem Auctorem reperiri, qui Marmoræ in hujuſmodi commentis dux fuerit.

Facilius æquus Lector ignoſcat juveni Aſcetæ, Indicis in Bibliothecam Coislinianam, a Bernardo Montfauconio ſumma more ſuo diligentia recenſitam, concinna-

cinnatori, quod Alcinoo Phæacum regi, Nauſithoi filio, Tractatum cujuſdam Alcinoi Platonici, περὶ τῶν Πλάτωνος δογμάτων, *de Platonis dogmatibus*, adſcripſerit. Palmarium quidem ſphalma. Nam refertur ille Scriptor a Viris doctis ad initia ſecundi a Christo nato Sæculi, ac proinde mille tercentos circiter annos poſt Alcinoi regis tempora. Verumtamen hoc ſeu ex inſcitia (quod vix crediderim) ſeu ex præpropera in ſcribendo feſtinatione (quam probant alia in eo Indice perperam poſita) admiſſum, leve videatur præ mendaciis illis, ex quibus tota Andreæ Marmoræ narratio facta eſt, Alcinoi inſtar Apologorum, quales

Nec pueri credant, niſi qui nondum ære lavantur.

Antequam Caput concludamus, notatum volumus, Plutarchum loco, paulo ante allato, non de Nauſicaæ tantum pudore quæſtionem movere, ſed de Ulyſſis etiam expoſitione in littus per Phæacas facta, ſeu de ejus ſomno, aut vero, ut apud Etruſcos narrabatur, aut ſimulato, ut alii putarunt, primumque vitioſum, prudentem alterum definit; itemque prudentem judicat Ulyſſis curam in ſervandis donis, quæ a Phæacibus acceperat, propterea quod, in Ithacam reverſus, poſſet ea civibus oſtendere, veluti ἀπόδειξιν τῆς τῶν Φαιάκων ὁσιότητος, *demonſtrationem pietatis Phæacum*. Ea Phæacum erga Ulyſſem pietas Agathocli, Syracuſanorum Tyranno, pro cauſa fuit, ut Corcyram vaſtaret. Nam quærentibus, cur ita faceret, ſubſannans reſpondit: ὅτι νὴ Δία οἱ πατέρες ὑμῶν ὑπεδέξαντο τὸν Ὀδυσσέα, *Quoniam per Jovem patres veſtri Ulyſſem ſuſceperunt*. Ita Plutarch. de tar. vind.

CA-

CAPUT XVIII.

Æneæ ad Phæacias oras acceſſus. Apud Epirum ab Heleno hoſpitio ſuſcipitur. De Heleno Marmoræ commentum. Butbroti origo. Urbis ſitus a Theſauri Britannici deſcriptore fœde ignoratur. Æneæ naves, in nympharum ſpeciem converſæ, Ulyſſis ſcopulum latæ conſpiciunt. De eo ſcopulo Procopii dubitatio. De κιωοκὶ φαλος denominatione, Corcyræ promontorio tributa, ejuſdem Procopii locus. Alius de inſulæ Calypſus poſitione.

IISDEM fere temporibus, quibus Ulyſſes e Corcyra demigravit, Phæacias oras legit, ac prætervectus eſt Æneas, ex illo incendio patriæ longinquas in oras evolans cum claſſe navium duarum, & viginti, eumque apud Epirum Helenus hoſpitio ſuſcepit. Æneas ipſe Virgilii lib. III. rem ita narrat:

Protinus aerias Phæacum abſcondimus arces,
Littoraque Epiri legimus, portuque ſubimus
Chaonio, & celſam Butbroti aſcendimus urbem.
Hic incredibilis rerum fama occupat aures,
Priamiden Helenum Grajas regnare per urbes,
Conjugio Æacidæ Pyrrbi, ſceptriſque potitum,
Et patrio Andromachen iterum ceſſiſſe marito.

Et paulo infra:

. . . . . ſeſe a mœnibus heros
Priamides multis Helenus comitantibus offert,

Agno-

Agnoſcitque ſuos, lætuſque ad mœnia ducit.

Ovidius vero Metam. lib. XIII. de eo Trojanorum ad Epiri partes acceſſu hæc habet:

Proxima Phæacum, felicibus obſita pomis,
Rura petunt. Epiros ab his, regnataque vati
Buthrotos Phrygio, ſimulataque Troja tenentur.
Inde futurorum certi, quæ cuncta fideli
Priamides Helenus monitu prædixerat, intrant
Sicaniam.

En quam cito novum Andreæ Marmoræ figmentum obviam nobis ſe proferat. Is prodit, Helenum in Corcyram ad Caſſiopeum littus deſcendiſſe, ibique ſacrificium feciſſe; cumque bos immolandus ſaucia jam cervice e ſacerdotum manibus elapſus, maris alveo ſuperato, ad oppoſitam continentem enataſſet, Helenum, navi mox conſcenſa, propere inſecutum, exanimem illum in Epiri arenis reperiſſe, ubi urbem Buthrotum condidit, ſibique in ea regnum conſtituit. De Heleni in Corcyram appulſu ne verbum quidem apud Veteres. Stephanus Byzant. rem ita narrat: Βουθρωτὸς, χερρόνησος περὶ Κέρκυραν, ἔστι καὶ πόλις. ἐκλήθη δὲ, οἱ μὲν φασιν, ἀπὸ τοῦ οἰκιστοῦ, οἱ δὲ μυθεύουσι), ὅτι Ἑλένῳ ἐκ Τροίας πλέοντι ἐς ἑσπέρην, θύσαντι ἀποβατήρια ἐν Ἠπείρῳ, τὸ θῦμα ἡ Βοῦς ἀποδρᾶσα ἐκ τοῦ βουπλῆγος, ᾤχετο φεύγουσα διὰ τοῦ μεταξὺ Πόντου εἰς τὸν κόλπον· καὶ ἐς τὴν χέρσον ἐμβᾶσα, καὶ γὰρ τρῶμα ἐν τῇ δείρῃ εἶχεν, αὐτοῦ ἤριπε καὶ ἔθανε, καὶ κληδόνι Ελενος χρῆται, ἵνα ἔθηκε Βουθρωτὸν ὄνομα, ὥς φησι Τεῦκρος ὁ Κυζικηνός. *Buthrotus, peninſula circa Corcyram, & præterea urbs, a conditore, ut quidam perhibent, ſic deno-*

minata. Alii vero fabulantur, Heleno ex Troja occidentem verſus navigante, & in Epiro ob deſcenſum e navi ſacrificium faciente, victimam bovem, ictu percuſſoris declinato, per mare in quendam ſinum aufugiſſe: cumque in terram conſcendens (erat enim cervice ſaucia) ibidem cecidiſſet, & mortua eſſet, accepit Helenus omen, ac locum, vulneratam bovem, appellavit; uti Teucer Cyzicenus perhibet. Eadem ferme Auctor Etymologici Magni ex eodem Teucro Cyziceno. Neſcio itaque, quid Marmoræ in mentem venerit, Helenum ad Corcyram prius appulſum, ibique ſacris operantem aſſerenti. At qui factum dicam, ut Buthroti Urbs, quamvis Virgilio *celſa*, non tamen conſpiciendam in Epiro ſe dederit Nicol. Franc. Haym, Theſaurum Britannicum deſcribenti, qui ad Buthrotorum numiſma, quod affert, fatetur ſe prorſus ignorare, qua ea urbs terrarum parte ſit ſita? Binos Buthrotorum nummos habemus in Vol. 3. Hub. Goltzii; qui (ſi cetera defuiſſent) cum Lud. Nonnii ad eos Commentariis ſatis erant, ne illi Scriptori hæreret aqua in reperienda Buthroti ſede, ſeu ne aqua Ionii maris, qua Urbs Buthrotum alluitur, cum aqua Buthroti amnis haud procul ab Urbe Locris (de quo Tit. Livium teſtantem inducit) confunderet. Unum ex allatis a Goltzio nummis Buthrotorum, in quo apparet quidam monti inſiſtens, una manu columnæ innixus, altera facem geſtans, a Nonnio minime explicatum, explicare conatus Vir quidam eruditus, ad Helenum retulit, diſſentiente tamen Jac. Gronovio in Vol. II. Theſ. Græc. Antiquit. ſub initium, quem conſule,

ſule, ſi placet. Opus, editum a Nicol. Franc. Haym, inſcribitur: *Il Teſoro Britannico*, ejuſque Pars prima: *Il Muſeo Nummario in Londra* 1719. cujus Muſæi Volumine ſecundo pag. 101. Buthrotorum Nummus ille exhibetur cum capite galeato, & in averſa parte cum ſpica, & nomine populi.

Æneæ naves, in Nympharum ſpeciem converſas, ſcopulum, in quem Ulyſſis navis fuit mutata, lætis vultibus aſpexiſſe ſcribit Ovidius Metam. lib. XIIII.

Neritiæque ratis viderunt fragmina lætis
Vultibus, & læta videre rigeſcere puppim
Cautibus Alcinoi, ſaxumque increſcere ligno.

De eo ſcopulo, alibi commemorato, minime omittendum, quod apud Procopium lib. 3. cap. 27. de bel. Goth. occurrit. In dubium is revocat, num navigii ſpecies, quæ in Phæaciæ littore apparet, eam referat navim, quæ Ulyſſem vexit in Ithacam, his verbis: τὸ πλοῖον ἀμέλει, ὅπερ ἐν γῇ τῇ Φαιακίδι ἐκ λίθου λευκοῦ πεποιημένον παρὰ τὴν ταύτῃ ἀκτὴν ἕστηκεν, ἐκείνην τινὲς εἶναι τὴν ναῦν οἴονται, ἣ τὸν Ὀδυσσέα ἐς τὴν Ἰθάκην ἐκόμισεν, ἡνίκα ξεναγεῖσθαι αὐτὸν ἐνταῦθα ξυνέβη. καί τοι οὐ μονοειδὲς τὸ πλοῖον τοῦτ᾽ ἔστιν, ἀλλὰ ἐκ λίθων ὅτι μάλιστα πολλῶν ξύγκειται, καὶ γράμματα ἐν αὐτῷ ἐγκεκόλαπται, καὶ διαῤῥήδην βοᾷ, δή τινα ἐμπόρων ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις ἱδρύσασθαι τὸ ἀνάθημα τοῦτο διὶ τῷ Κασίῳ. δία γὰρ Κάσιον ἐτίμων ποτὲ οἱ τῇδε ἄνθρωποι, ἐπεὶ καὶ ἡ πόλις, ἐν ᾗ τὸ πλοῖον τοῦτο ἕστηκεν, ἐς τόνδε χρόνον Κασιώπη ἐπικαλεῖται. *Sunt qui exiſtiment navim ex lapide candido, quæ in Phæaciæ littore viſitur, eam eſſe, quæ Ulyſſem vexit in Ithacam, cum illic exceptus fuiſſet hoſpitio. Attamen na-*

vigium illud non eſt uniuſmodi ; ſed multis lapidibus conſtat, ac notas inciſas habet, quæ diſerte teſtantur, id olim poſitum ab inſtitore quodam, & Jovi Caſio conſecratum. Quippe Jovem Caſium illius oræ incolæ quondam venerabantur ; ex quo nomen etiamnum manet urbi Caſſiopæ, ubi ſtat ea navis.

Ibidem Procopius, de Scylæo oppido agens, ac nugas eſſe oſtendens, eo loci mulierem ſpecie ferina extitiſſe, cum hujuſcemodi nomen acceperit ex magna, quæ in ea parte freti degit, σκυλάκων, ſeu *canum piſcium* vi, ſubdit ; principio quidem conſentanea rebus nomina imponi ſolere, ſed famam, dum illa apud alios circumfert homines, in eorum animis, veri ignoratione, errores parere, atque ita procedens tempus continuo firmum fabulæ evadere artificem, ac poetas teſtes rerum, quæ numquam fuerunt, pro licentia eorum arti conceſſa ſibi convenienter adſciſcere ; demum in exemplum trahit *canini capitis* nuncupationem, Corcyræo promontorio impoſitam, unde nonnullis viſum eſt, κυνοκεφάλους τινὰς εἶναι τοὺς τῇδε ἀνθρώπους, *Illic homines degere, qui caput caninum habeant*. Item Κυνοσκεφάλους a Polybio Hiſt. lib. 11. appellatos reperio tumulos illos, apud quos Romanorum cum Philippo Rege atrox contigit pugna, quod *canini capitis*, ut ait Interpres de ſuo, *ſimilitudinem aliquam præferrent*.

Demum (ut hoc etiam addam) Procopius de claſſe Totilæ, quæ a freto Siculo ad Phæaciam uſque, nihil nocere potuit, verba faciens, & cauſam aſſignans, ita loquitur: Νῆσον γὰρ οὐδεμίαν ἐν τῷδε τῷ διάπλῳ οἰκουμένην ξυμβαίνει εἶναι, ἐκ τοῦ κατὰ τὴν χάρυβδιν πορθμοῦ μέ

χει

χει ἐς τὴν Κέρκυραν, ὥς τε πολλάκις ἐγὼ ἐνταῦθα γενόμενος, διηπορούμην, ὅπη ποτὲ ἄρα τῆς Καλυψοῦς ἡ νῆσος εἴη. ταύτης γὰρ τῆς θαλάσσης οὐδαμῆ νῆσον τεθέαμαι, ὅτι μὴ τρεῖς, οὐ πολλῷ ἄποθεν τῆς Φαιακίδος, ἀλλ' ὅσον ἀπὸ σαδίων τριακοσίων, ἀγχιςά τοι ἀλλήλων οὔσας, βραχείας κομιδῆ καὶ οὐδὲ ἀνθρώπων ἐχούσας οἰκία, οὐδὲ ζώων, οὐδὲ ἄλλων τοπαράπαν οὐδέν. Οθονοὶ (ὅτω καλοῦσι τανῦν αἱ νῆσοι αὗται), καὶ φαίη ἄν τις τὴν Καλυψὼ ἐνταῦθα γενέσθαι, καὶ ἀπ' αὐτοῦ τὸν Οδυσσέα, γῆς τῆς Φαιακίδος ὄντα οὐ πολλῷ ἄποθεν, ἢ σχεδίᾳ (ὥς φησιν Ομηρος) ἢ ἄλλῳ τῷ τρόπῳ, νηὸς τινος χωρὶς, ἐνθένδε διαπορθμεύσασθαι. *Nam in trajectu a freto, cujus latus Charybdis obtinet, ad Corcyram, nulla eſt inſula, quæ ab hominibus incolatur. Quare mihi ſæpe illac pervecto hærere contigit, cum inſulam Calypſus quærerem. In eo certe mari tres ſolum vidi inſulas, ſtadiis non amplius trecentis diſſitas a Phæacide, inter ſe proximas, ac perexiguas, quæ & hominum, & pecudum cultu, rebus denique omnibus vacant. Othonos inſulas jam eas appellant: atque hic forte habitaſſe Calypſum quiſpiam dixerit, eamque fuiſſe cauſam, cur Ulyſſes, non procul a terra Phæacide poſitus, Schedia (ut ait Homerus) aliove quopiam modo, ſine navi inde tranſmiſerit.*

Exigua prædictarum inſularum a Phæacide diſtantia Procopii de inſula Calypſus conjecturæ refragatur; nam exinde ſecundo vento diſcedens Ulyſſes ex Odyſſ. v.

Επταδεκαίδεκα μὲν πλέεν ἤματα ποντοπορεύων,
Οκτωκαιδεκάτη δ' ἐφάνη ὄρεα σκιόεντα
Γαίης Φαιήκων.

Septemdecim quidē navigabat dies iter faciens marinum,
Octodecima vero apparuerunt montes umbroſi
Terræ Phæacum.

CA-

CAPUT XIX.

Coloniam Corinthii in Corcyram deducunt. Liburni, & Colchi exinde pulſi. Cherſicrates ex genere, ſeu Heraclidarum, ſeu Bacchiadarum. Tempus deductæ coloniæ, ſexcenti anni poſt Trojæ excidium ex Timæo. Plura de hac Epocha. Pegaſus, Corinthiorum inſigne, itidem in Corcyræorum nummis expreſſus. Corcyræi Corinthiorum non minus cognati, quam coloni. De hujus coloniæ ratione uterque populus diſſentit apud Thucydidem. Veteris Corcyræ forma a Marmora ex ſuo cerebro delineata.

EX poeticarum narrationum adytis digreſſi obvios habemus Corinthios, coloniam in Corcyram, duce Cherſicrate, deducentes. De ea Strabo lib. VI. Πλέοντα δὲ τὸν Ἀρχίαν εἰς τὴν Σικελίαν καταλιπεῖν μετὰ μέρους τῆς στρατείας τοῦ τῶν Ἡρακλειδῶν γένους Χερσικράτην, συνοικοῦντα τὴν νῦν Κέρκυραν καλουμένην, πρότερον δὲ Σχερίαν. Ἐκεῖνον μὲν οὖν, ἐκβαλόντα Λιβυρνοὺς κατέχοντας, οἰκῆσαι τὴν νῆσον. *Porro Archiam, cum in Siciliam navigaret, cum parte exercitus reliquiſſe Cherſicratem, genus ab Herculis poſteritate ducentem, qui occuparet pro domicilio ſuis Corcyram, quæ ante Scheria fuit nominata: atque hunc quidem expulſis, qui tunc ibi habitabant, Liburnis inſulam obtinuiſſe.* Huc etiam facit Scholiaſtes Euſtathius ad Dionyſii Periegetæ verſum ſæpius allegatum: Κορινθίων δὲ τὸ κτίσμα ἡ Κέρκυρα, *Corinthii autem Corcyram condiderunt.*

runt. Conſonat Conon Narrat. III. apud Photium: ὕϛερον δὲ ἐπῴκησαν αὐτὴν μοῖρα Κορινθίων, καὶ τότε εἰς Κορκύραν μετέβαλε, *Poſtmodum autem ipſam incoluit Corinthiorum manus, tuncque Corcyræ nomen accepit*. Id ipſum haud uno loco docet Thucydides, infra laudandus.

Ex Bacchiadarum (non autem Heraclidarum, ut habet Strabo) principum gente ortum Cherſicratem diſcimus ex Apollonio Rhodio, quemadmodum ex ejus Scholiaſta deductæ coloniæ tempus. Ille Argonaut. lib. IV. de Colchis in Corcyra receptis habet, eos in Corcyra cum Phæacibus habitaſſe,

Εἰς ὅτε βακχιάδαι γενεὴν Ἐφύρηθεν ἐόντες
Ἀνέρες ἐνάσσαντο μετὰ χρόνον, οἱ δὲ περαίην.
Νῆσον ἔβαν, κεῖθεν δὲ Κεραύνια μέλλον Ἀβάντων
Οὔρεα, Νεϛαίους τε, καὶ Ὤρικον εἰσαφικέσθαι.
Donec Bacchiadæ genere ab Ephyra exiſtentes
Viri ad habitandum venerunt aliquando poſt; illi autem in ulteriorem
Inſulam migrarunt, illinc vero Ceraunios tentabant Abantum
Montes, Neſtæoſque, necnon Oricum adire.

Scholiaſtes: Βάκχιος ἐγένετο υἱὸς Διονύσου, ἐν Κορίνθῳ δὲ διέτριβεν, ἦσαν δὲ εὐγενέϛατοι οἱ ἀπ' αὐτοῦ τὸ γένος ἔχοντες, οἵ τινες ἐξεβλήθησαν ἐκ Κορίνθου διὰ τὸν Ἀκταίωνος θάνατον, *Bacchius filius fuit Dionyſii, Corinthi verſatus eſt, quique ab eo genus ducebant, maxime nobiles erant. Hi Corintho propter Actæonis mortem expulſi fuerunt*. Dein eorum expulſione narrata ſubdit: Χερσοκράτης δὲ εἷς τῶν βακχιαδῶν ἔκτισε Κέρκυραν, ἐκβαλὼν

τοὺς

τοὺς ἐνοικοῦντας Κόλχους, *Cherſocrates autem, Bacchiadarum unus, Corcyram condidit, pulſis Colchis, qui ibi morabantur*. Quod ſpectat ad tempus, Timæi teſtimonium affert: Τίμαιος δέ φησι μετὰ ἔτη ἑξακόσια τῶν Τρωϊκῶν Χερσικράτη ἀπόγονον τῶν Βακχιαδῶν, εἴτε ἐκπεσόντα τῆς Κορίνθου, εἴτε καὶ ἑκόντα ἀπελθεῖν διὰ ἀτιμίαν, καὶ κατῳκηκέναι τὴν νῆσον. *Timæus ait, ſexcentis poſt Troica tempora annis Cherſicratem ex Bacchiadarum familia, ſeu Corintho ejectum, ſeu inde ſponte ſua ignominiæ cauſa digreſſum, inſulam inhabitaſſe*.

Ab hac ſupputatione parum abeſt temporis intervallum, quod exactiores Chronologi ſtatuunt inter Ilii caſum, & Bacchiadas principes ejectos, priorem epocham anno Per. Jul. 3530. poſteriorem anno 4056. affigentes; at longius ab ea recedunt, qui cum Ubbone Emmio de rebus Vet. Græc. ex Herod. lib. I. Corcyram a Corinthiis conditam affirmant Olympiade XVII. Nam cum a capta Troja ad primam Olympiadem putentur ex fidelioris chronologiæ calculo anni 408. nec quingenti anni inter utramque epocham interceſſiſſent. Longe pariter a Strabonis verbis recedit idem Emmius, dum eodem loco ſcribit, anno primo Olymp. XI. Syracuſas in Sicilia conditas a Corinthiis principe Archia; dehinc poſt annos circiter 25. Olymp. XVII. ab iiſdem Corinthiis coloniam in inſulam Corcyram deductam fuiſſe; Strabo etenim eodem prorſus tempore utramque coloniam deductam prodit, relicto ab Archia in Corcyra Cherſicrate, dum ille ad Syracuſas condendas navigaret.

At

At multo magis notandus diſſenſus inter prædictum Timæi calculum, & Thucydidis lib. VI. narrationem, ex qua habemus, e Græcia Chalcidenſes, duce Theocle, Naxum in Sicilia condidiſſe; inſequenti autem anno Archiam Corinthium, Syracuſas: & per idem tempus Lamin Megarenſem primo Troilum in eadem inſula condidiſſe; mox Thapſum: Lami defuncto, Thapſi incolas, Hyblone, Rege Siculorum, duce, Megarenſes condidiſſe, qui Hyblæi dicti, & annis inde 245. pulſos ea urbe, & agris fuiſſe a Gelone, Syracuſanorum Rege. Poſtrema hæc temporis deſignatio certum documentum præſtat Philippo Cluverio Sic. ant. lib. I. cap. II. Naxum conditam fuiſſe anno primo Olymp. XI. poſt Trojanum bellum anno 448. atque anno proxime ſubſequenti Syracuſas. Sed de Naxo addit diſertum Euſebii teſtimonium in Chron. Hæc quidem ſat bene procedunt; indeque inferre liceret, Cherſicratis in Corcyram adventum ad annum poſt Troica tempora 449. quo Syracuſas condidit Archias, ſpectaſſe. At laudatus ex Apollonii Scholiaſta Timæi locus, cum ibi deducta a Cherſicrate in Corcyram colonia annis ſexcentis poſt Troica tempora ſtatuatur, rem, de qua agitur, dubiam admodum reddit. Locus autem ille nec Cluverio, nec cuivis rerum id genus tractatori (quod ego quidem ſciam) ulla ratione compertus. Neque vero Timæi flocci faciendum teſtimonium; nam ipſe domo Siculus, & præterea licet in Agathoclis geſtis, ut a Suida, aliiſque veteribus obſervatum, parum fidei mereatur ob nimiam taxandi libidinem,

qua

Digitized by Google

qua in alios etiam eſt uſus, indeque *ἐπιτίμαιος*, *taxator*, teſte Diodoro Siculo lib. v. vocatus fuerit; habitam tamen ab eo in hiſtoria veritatis rationem eo ipſo loco Diodorus Siculus oſtendit his verbis: *Τιμαῖος μὲν οὖν μεγίστην πρόνοιαν πεποιημένος τῆς τῶν χρόνων ἀκριβείας, καὶ τῆς πολυπειρίας πεφροντικὼς, διὰ τὰς ἀκαίρους καὶ μακρὰς ἐπιτιμήσεις εὐλόγως διαβάλλεται*. *Timæus ſane, & in temporum notatione exquiſitam adhibuit diligentiam, & ut varia rerum cognitione abundet, ſollicite laborat. At propter intempeſtivas, & verboſas reprehenſiones, jure etiam ipſe reprehenditur.* Diſſimulare tamen non debeo, imperium Periandri in Corcyræos (de quo infra) minime admittere, ut coloniæ Corinthiæ in eam inſulam deductio a Troicis temporibus tam longe abſit, ut allatus Timæi locus affirmat; nam in dubium revocari nequit, quin ea deductio imperium illud Periandri multis annis præceſſerit.

Itidem Troicorum temporum epocham ad deſignandam Græcarum in Sicilia coloniarum originem uſurpant Strabo lib. vi. & Scymnus Chius; at neutrum textum ſanum eſſe Eruditi pronunciant. In Strabone ex Ephoro habetur, colonias illas deductas *τῇ γενεᾷ μετὰ τὰ τρωϊκὰ*, *ætate poſt Troica*; in Scymno, *ἀπὸ τῶν Τρωϊκῶν δεκάτῃ γενεᾷ μετὰ ταῦτα*, *a Troicis temporibus decima poſt hæc ætate*. Ut Straboni cum Scymno conveniat, in illo legendum monet Joſeph. Scaliger. Anim. in Chr. Euſ. ad an. Abr. 1281. *τῇ δεκάτῃ γενεᾷ*, *decima ætate*; Cluverius autem *πεντεδεκάτῃ*, *quintadecima*, & pari ratione in

Scy-

Scymno, quem prædicti Auctores ſub falſo Marciani Heracleenſis nomine laudant, δεκάτῃ γενεᾷ μετὰ πέντε.

Prædictæ Corcyræorum origini (ut ad eam redeam) novum documentum ſuppeditant quidam Corcyræorum nummi, in quibus Pegaſus ſignatus occurrit; cum enim ſolemni more receptum antiquitus eſſet, ut omnia ſua decora, ac præſidia ab originibus ſuis, ſeu Metropolibus aſſumerent, ac retinerent conditæ, ſive deductæ ab iis urbes, vel coloniæ, ac præſertim earum inſigne in nummis uſurparent; Pegaſus, quem Corinthiorum inſigne fuiſſe conſtat, itidem in Corcyræorum nummis expreſſus, Corinthios Corcyræorum parentes demonſtrat. Hanc coloniarum cum antiqua earum patria in nummis inſignium communionem pluries attigit, & commemoravit in Opere de Præſtantia, & Uſu Numiſm. Antiqu. Ezechiel Spanhemius; at plenius, & accuratius in Diſſertat. IX. ubi minus accurate ab Joh. Harduino Num. pop. & urb. illuſtr. dictum ſcribit, ideo ſculptum in Corcyræorum nummis Pegaſum, Corinthiorum inſigne, quod Corcyræi, Corinthiique fuerint ſocii. At, *Corcyræi omnino Corinthiorum coloni*, ſubdit Spanhemius.

Verum enimvero ſi allata Strabonis, & Apollonii Rhodii verba attentius conſiderentur, Corcyræi non ita Corinthiorum coloni extitiſſe exiſtimandi ſunt, quin una pro eorum ſociis haberi potuerint. Apollonius ſiquidem tradit eos in Corcyram adventantes, Colchorum (quod clarius explicat Scholia-

ſtes) Strabo autem, Liburnorum ſedes occupaſſe : neuterque expulſos inde primævos Inſulæ habitatores, indigenas nimirum Phæacas, ſignificat : quo fit, ut ii, quemadmodum antea Colchos, in ſocios, & concives, potius quam in conditores, & parentes, ex Apollonio, & Strabone Corinthios recepiſſe videantur. Ex Apollonio, inquam, & Strabone; nam apud Thucydidem (ut mox videbimus) nec ipſi Corcyræi ſe Corinthiorum eſſe colonos diffitentur. De Colchis viſum eſt ſuperius. Liburni vero, an ex poſteris Phæacum fuerint, an pulſis Phæacibus locum occupatum ad id uſque tempus tenuerint, incertum dicit Emmius in Deſcript. Reip. Corcyr. At eorum nomine Colchos ipſos venire, ut hac ratione omnino inter Strabonem, & Apollonium conveniat, arguo ex illis ejuſdem Apollonii Argonaut. IV. navigationem Argonautarum per Hadriaticum deſcribentis,

. . . τάς δ᾽ ἀπέλειπον ὅσαι Κόλχοισι πάροιθεν
Ἑξείης πλήθοντο Λιβυρνίδες εἰν ἁλὶ νῆσοι.

. . . *illaſque reliquerunt quotquot Colchis antea*
Ex ordine plenæ erant Liburnides in mari inſulæ.

De hujus coloniæ ratione juvat audire utrumque populum invicem diſſentientem apud Thucyd. lib. I. ἢν δὲ λέγωσιν (ajunt Corcyræi de Corinthiis) ὡς οὐ δίκαιον τοὺς σφετέρους ἀποίκους ὑμᾶς δέχεσθαι, μαθέτωσαν, ὡς πᾶσα ἀποικία εὖ μὲν πάσχουσα τιμᾷ τὴν μητρόπολιν, ἀδικουμένη δὲ ἀλλοτριοῦται. οὐ γὰρ ἐπὶ τῷ δοῦλοι, ἀλλ᾽ ἐπὶ τῷ ὅμοιοι τοῖς λειπομένοις εἶναι ἐκπέμπονται. *Quod ſi negent, æquum eſſe, ſuos colonos recipi a vobis,*

diſcant,

diſcant, coloniam omnem ita bonore proſequi metropolin ſuam, ſi ſibi ab ea bene fiat: ſin vero male, ab illa ſecedere. Neque enim ea re coloniæ emittuntur, ut ſerviant iis, qui relinquuntur, ſed ut ſint pares. Contra Corinthii: ἄποικοι δ᾽ ὄντες, ἀφεστᾶσί τε διαπαντός, καὶ νῦν πολεμοῦσι, λέγοντες, ὡς οὐκ ἐπὶ τῷ κακῶς πάσχειν ἐκπεμφθείησαν. ἡμεῖς δὲ οὐδ᾽ αὐτοί φαμὲν ἐπὶ τῷ ὑπὸ τούτων ὑβρίζεσθαι κατοικίσαι, ἀλλ᾽ ἐπὶ τῷ ἡγεμόνες τε εἶναι, καὶ τὰ εἰκότα θαυμάζεσθαι. αἱ γοῦν ἄλλαι ἀποικίαι τιμῶσιν ἡμᾶς, καὶ μάλιστα ὑπὸ ἀποίκων στεργόμεθα. *Cum ſint coloni noſtri, tamen cum ſemper antea ſeceſſerunt a nobis, tum vero nunc bellum nobiſcum gerunt, allegantes, non ideo ſe a nobis miſſos colonos, ut acciperent injuriam. Quibus invicem reſpondemus, ne nos quidem idcirco collocaſſe eos, ut ab ipſis injuriam acciperemus, & contumeliam; ſed ut præſides eorum eſſemus, & quibus in rebus convenit, bonore afficeremur, quem nobis aliæ coloniæ præſtant, præcipua nos charitate complectentes.*

Dum Cherſicratem dimittimus, offert ſe nobis Andr. Marmora cum veteris Urbis, qualem a Cherſicrate conditam ſcribit, imagine, ſeu ichnographia, tam graphice diſtincta, atque explicata, ut in ea regiæ ædes, monetales officinæ, judicum curiæ, fontes, ſtatuæ, templa, portus, armamentaria, omnia denique Urbis ædificia, certos quæque locos, certamque formam ſortiantur. Nihil prorſus in tanta antiquitate hæſitat, aut trepidat Marmora, perinde ac ſi de ſingulis, vel ex ruinis modo exſtantibus, vel ex apertis veterum Scriptorum teſtimoniis, cer-

V 2 tiſſime

tiſſime edoctus fuiſſet. Cum tamen compertum ſit, Marmoram abſque ullis id genus documentis prædictam formam delineaſſe, Urbis illius non tam Cherſicrates, aut alius, quam ipſemet conditor, & opifex habeatur. Exſtant quidem in ea Corcyræ urbis regione, quam incolæ *Palæopolim* vocant, rudera quædam antiquioris, ac magnificæ civitatis veſtigia; at comprobandæ vel minimum Marmoræ deſcriptioni nihil quidquam idonea. Xenophon enim, a quo eam Urbem mirifice commendari aſſerit Marmora, contentus ædium magnificentiam, ac vini excellentiam indicare (ut in textu a nobis allato ſuperiori Cap. xiv.) aliqua præmiſerat tantum pro deſignanda navali gloria, ſituſque ejus Inſulæ opportunitate ad offendendam Laconicam terram, Siciliamque e Peloponeſo trajiciendam; at ne verbum prorſus habet, cui tamquam fundamento tot præclara monumenta, unde ſingulas ichnographiæ ſuæ partes Hiſtoricus Corcyrenſis exornavit, ſuperſtruantur. Haud profecto eruditi Antiquarii tabulam veteris Romæ, quamvis ad id operis quamplura ſuppetant documenta, tanta confidentia repræſentant, quantam in ſtatuenda Corcyræ ſede exhibet Marmora, omnibus ejuſce generis præſidiis deſtitutus.

CA-

Digitized by Google

CAPUT XX.

Epidamnus, ſeu Dyrrachium colonia Corcyræorum. Colonia item Corinthiorum. De ea apud Thucydidem utriuſque populi diſſidia. Itidem Apollonia tam Corcyræorum, quam Corinthiorum colonia. In quibuſdam Dyrrachienſium, & Apolloniatum nummis iidem typi, qui in nummis Corcyræorum. Epocha utriuſque coloniæ. Corcyræis locus aſſignandus in elencho populorum, qui mari imperarunt. Leucas quoque, & Anactorium ad Corcyræos una cum Corinthiis pertinebant. De Locris Scholiaſtæ Theocriti locus. Corcyra major, ſeu Phæacia cum minore, ſeu nigra male confunditur in Hiſtoria Romana nuper Gallice edita, & ibidem Polybii narratio parum fideliter affertur.

JAM vero deductas ab ipſis Corcyræis colonias inſpiciamus, Epidamnum in primis, ſeu Dyrrachium, atque Apolloniam.

Epidamni ſolos Corcyræos agnoſcunt conditores Strabo, Stephanus, & Scymnus. Strabo lib. VII. Ἐπίδαμνος (ait) Κερκυραίων κτίσμα, ἡ νῦν Δυῤῥάχιον, ὁμωνύμως τῇ χεῤῥονήσῳ λεγομένη, ἐφ' ἧς ἵδρυ), *Epidamnus a Corcyræis condita, quæ nunc a peninſula, cui impoſita eſt, nomen Dyrrachii tenet.* Eadem prorſus verba in Stephano leguntur, additurque nomen Scriptoris, unde deſumpta, ſcilicet Philo, ille nimirum

rum, qui ſub Imperatore Trajano vixit, & libros xxx. de Urbibus conſignavit, de quo Suidas, & Etymologici Magni Auctor, aliique. Demum Scymnus Chius in Periegeſi

Πρὸς τῇ θαλάττῃ δ' ἐςὶν Επίδαμνος πόλις
Ελληνὶς, ἣν Κέρκυρ' ἀποικίσαι δοκεῖ.
Ad mare vero eſt Epidamnus urbs
Græca, quam Corcyra condidiſſe putatur.

Deductam hanc coloniam a Corcyræis quidem, ſed duce Phalio Corinthio, ſociiſque nonnullis Corinthiis, atque aliis ex Dorico genere affirmat Thucyd. lib. 1. Επίδαμνός (inquit) ἐστι πόλις ἐν δεξιᾷ ἐσπλέοντι τὸν Ιόνιον κόλπον, προσοικοῦσι δ' αὐτὴν Ταυλάντιοι βάρβαροι, Ιλλυρικὸν ἔθνος ταύτην ἀπῴκισαν μὲν Κερκυραῖοι, οἰκιςὴς δ' ἐγένετο Φάλιος Ερατοκλείδου, Κορίνθιος γένος, τῶν ἀφ' Ηρακλέους, κατὰ δὴ τὸν παλαιὸν νόμον, ἐκ τῆς μητροπόλεως κατακληθεὶς, ξυνῴκισαν δὲ καὶ τῶν Κορινθίων τινὲς, καὶ ἄλλοι ἐκ τοῦ Δωρικοῦ γένους. *Epidamnus eſt urbs ad dextram ſita navigantibus Ionium ſinum verſus: cui finitimi ſunt Taulantii barbari, gens Illyrica. Iſtam coloniam deduxerunt quidem Corcyræi, conditor autem fuit Phalius Corinthius, qui erat ab Hercule oriundus Eratoclidæ filius, ex metropoli ſecundum veterem legem accerſitus. Nonnulli etiam Corinthii, & alii præterea Doricæ gentis ex colonis fuerunt.*

Epidamnii ipſi Corinthios deductores ſuos agnoſcebant, namque ex oraculi monitu horum opem implorantes, Corinthum profecti ſunt, τὸν οἰκιςὴν ἀποδεικνύντες σφῶν ἐκ Κορίνθου ὄντα, *demonſtrantes deductorem coloniæ fuiſſe Corinthium*, ut loquitur Thucyd.

cyd. lib. I. apud quem mox ſubditur, Corinthios ſe paratos ad ultionem Epidamniorum præbuiſſe, cum exiſtimarent Epidamnum, οὐχ' ἧσσον ἑαυτῶν εἶναι τὴν ἀποικίαν, ἢ Κερκυραίων, *non minus eſſe ſuam coloniam, quam Corcyræorum*.

Contra Corcyræi, nulla ratione Epidamni coloniam ad Corinthios pertinere, contendebant, unde apud Thucyd. eodem libro horum præſidia Epidamno deduci jubent, ὡς οὐ μετὸν αὐτοῖς, *tamquam ad eos nihil pertinente*. Quod ſi eam ſibi vindicare pergerent Corinthii, δίκας ἤθελον δοῦναι ἐν Πελοπονήσῳ παρὰ πόλεσιν, αἷς ἂν ἀμφότεροι ξυμβῶσιν, ὁποτέρων δ' ἂν δικασθῇ εἶναι τὴν ἀποικίαν, τούτους κρατεῖν. ἤθελον δὲ καὶ τῷ ἐν Δελφοῖς μαντείῳ ἐπιτρέψαι, πόλεμον δ' οὐκ εἴων ποιεῖν. *Velle ſe ſubire judicium in Peloponeſo apud illas civitates, de quibus inter utroſque conveniret, & utris adjudicata colonia foret, eos obtinere. Quin etiam rem ad Delphicum oraculum deferendam volebant, nec bellum fieri permittebant*. Quod tamen bellum fruſtra Corcyræorum æquitas amoliri ſtuduit; exinde enim atrociſſimum illud exarſit, quod Peloponeſiacum nominatur, ut infra videbimus.

De Apollonia teſtantur Strabo, & Scymnus Chius; at uterque in ea deducenda Corcyræis ſocios adjungit Corinthios. Ille lib. VII. poſt ea, quæ de Dyrrachio ſuperius recitavi, mox ſubdit: εἶθ' ὁ Αψος ποταμὸς, καὶ ὁ Αωος, ἐφ' ᾧ Απολλωνία πόλις εὐνομωτάτη, κτίσμα Κορινθίων καὶ Κερκυραίων, τοῦ ποταμοῦ μὲν ἀπέχουσα σταδίους δέκα, τῆς θαλάττης δὲ ἑξήκοντα, *Inde Apſus, & Aous fluvii, atque prope hunc Apollonia urbs legibus optimis*

mis temperata, condita a Corinthiis, & Corcyræis, diſſita a flumine ſtadiis decem, a mari ſexaginta. Scymnus Chius,

. . . . ἡ Ἀπολλωνία
Κορινθίων, Κερκυραίων τε καὶ κτίσις.
. . . . *Apollonia*
Corinthiorum, Corcyræorumque opus.

Solis tamen Corinthiis coloniam illam tribuit Thucydides lib. I. ἐπορεύθησαν δὲ πεζῇ ἐς Ἀπολλωνίαν, Κορινθίων οὖσαν ἀποικίαν, *Profecti ſunt autem terreſtri itinere Apolloniam, quæ erat Corinthiorum colonia*. Pariter Corinthiorum dumtaxat meminit Plinius lib. III. cap. XXIII. *Apollonia quondam Corinthiorum colonia* Diod. lib. XXXXI. Apolloniam Κορινθίαν, *Corinthiam* vocat. Itidem Stephanus: Ἀπολλωνία πρώτη πόλις Ἰλλυρίας, ἣν ᾤκουν Ἰλλυριοὶ κατ' Ἐπίδαμνον, ὕστερον διακοσίων Κορινθίων ἀποικία ἐς αὐτὴν ἐστάλη, ἧς ἡγεῖτο Γύλαξ, ὃς Γυλακίαν ὠνόμασε, *Apollonia prima Illyrici urbs, quam Illyrii juxta Epidamnum babitabant: poſtea eo ducentorum Corinthiorum colonia miſſa eſt, cui Gylax imperavit, qui urbem Gylaciam nominavit*. Mendoſum hunc Stephani locum ſuſpicatus eſt Abr. Berchelius in Comment. & pro διακοσίων Κορινθίων ἀποικία, *ducentorum Corinthiorum colonia*, fortaſſis reponendum cenſuit, Κορκυραίων, καὶ Κορινθίων ἀποικία, *Corcyræorum, & Corinthiorum colonia*, ut hac ratione cum Strabone, & Scymno Stephanus concordet. Fatetur tamen ipſe in priore lectione codices nihil variare; at dum aſſerit ſolum Thucydidem Corinthiorum coloniam dicere Apolloniam, allatos Plinii, & Dionis textus haudquaquam conſuluit.

Corcy-

Corcyræorum , & Corinthiorum ſocietatem in condenda Apollonia adſtruunt etiam Pauſaniæ verba in Eliac. pr. ἀποικισθῆναι δὲ (inquit) ἐκ Κορκύρας τὴν Ἀπολλωνίαν, οἱ δὲ Κορινθίοις αὐτοῖς μετεῖναι λαφύρων, *Apolloniam e Corcyra deductam, ejus nonnulli prædæ participes fuiſſe dicunt Corinthios.*

Demum Corcyram pro antiqua patria ab Apolloniatis, & Dyrrachienſibus habitam adſtruunt, ut diligenter obſervat Spanhemius in laudata Diſſert. IX. nummi eorum populorum cum iiſdem typis in utraque area, qui in aliquot Corcyræorum nummis etiamnum conſpiciuntur, ſcilicet quadrata areola cum fructibus, & bove cum lactente vitulo. Quod ſpectat ad Apolloniam, id ipſum confirmo ex navi, quæ in quodam illius nummo, Patino, & Harduino teſtibus, viſitur, quam notum Corcyræorum ſymbolum fuiſſe, ſuperius dixi. Nonnium, Goltzii interpretem, carpit Spanhemius, quod nihil in prioribus typis viderit; multo potiori jure carpendus Harduinus, qui in poſteriore tam Apollonienſium, quam Corcyræorum, navim pro generico felicitatis ſymbolo accepit, nihil prorſus habens de navali gloria, qua Corcyræi excellebant, ad quam connotandam, certum eſt, eos navis inſignia in monetis uſurpaſſe. Nummum, in quo Apolloniatarum nomen legitur, affert Marmora; at eum ad Corcyræos ſpectare minime probat.

De tempore deductæ Dyrrachium coloniæ nihil habeo, quod afferam, niſi ab Emmio de reb. vet. Gr. illud referri ad annum tertium Olymp. XXXVIII. num

veteris Scriptoris alicujus teſtimonio ſuffragante, ignoro. At conditæ Apolloniæ epocha indicatur a Plutarcho in libello, De his qui ſero a Numine puniuntur, ubi dilatæ pœnæ commoda recenſens, a Græcis Apolloniam minime habitandam fuiſſe ait, *εἰ Περίανδρος ἐκολάσθη μὴ μετὰ πολλὺν χρόνον, ſi brevi tempore Periander pœnas dediſſet*. Regnavit autem Periander, Cypſeli filius, Corinthi ab anno primo Olymp. XXXVIII. uſque ad quartum Olymp. XXXXVIII. cujus poſtremi numeri loco apud Petavium Ration. Temp. par. II. lib. II. ex amanuenſium, ſeu typorum ſphalmate legitur 84.

Leucadem pariter Corcyræos coloniam deduxiſſe, habemus ex judicio Themiſtoclis inter Corcyræos, & Corinthios (de quo inferius) & ex nummo quoque, a Marmora allato, cum Leucadienſium nomine in parte poſtica, & cum effigie Corcyræ in parte antica, ſi qua fides Marmoræ dictis. Necnon Anactorium, in ore Ambracii ſinus ſitum, ad Corcyræos una cum Corinthiis pertinuiſſe, fidem facit Thucyd. lib. I. de eo ſcribens: *ἦν δὲ κοινὸν Κερκυραίων, καὶ ἐκείνων, ſcilicet Corinthiorum*.

Præter prædicta loca, alias quoque urbes originem ſuam Corcyræ debuiſſe, valde veroſimile redditur, cum certum ſit, priſcis hiſce temporibus Corcyræos toto circa mari potitos fuiſſe. Quare Corinthios Corcyræis contemptui habitos ſcribit Thucyd. lib. I. propterea quod hi *καὶ χρημάτων δυνάμει ὄντες κατ' ἐκεῖνον τὸν τρόπον ὅμοια τοῖς Ἑλλήνων πλουσιωτάτοις, καὶ τῇ ἐς πόλεμον κατασκευῇ δυνατώτεροι, ναυτικῷ δὲ καὶ πολὺ*

προς-

προέχειν ἔστιν ὅτε ἐπαιρόμενοι, καὶ κατὰ τὴν τῶν Φαιάκων προενοίκησιν τῆς Κερκύρας, κλέος ἐχόντων τὰ περὶ τὰς ναῦς. *Et vi pecuniarum, quam tunc habebant, quantam ditiſſimi quique Græcorum, & validiore belli apparatu freti; etenim elati erant & propter rem navalem, qua aliquando multo præſtantiores fuerant, & propter Phæacum, qui prius Corcyram incoluerant, nauticam gloriam.* Unde mirari ſubit inter populos θαλαττοκρατοῦντας, *qui mari dominati ſunt*, quorum elenchum exhibet ex Chronico Euſebiano Iſaac. Caſaubonus Comment. in Polyb. ea de re plura adnotans, cognitu digniſſima, locum minime nanciſci Corcyræos, apud quos, dubio vacat, maris imperium aliquo tempore multo magis fuiſſe, quam apud nonnullos populos, in eo catalogo recenſitos. Duplicem ejus catalogi lacunam pronum erat Doctiſs. Caſaubono conjectando ſupplere, ſcilicet num. XIII. & XIV. Corcyræorum nomine appoſito.

De Locris, quod Phæacas pro cognatis haberent, dictum eſt Cap. V. Nunc vero addimus, a Cononis narratione ibi recitata haud obſcure diſcrepare Scholiaſten Theocriti, dum ad illud Idyl. 4.

Αἰνέω τἀντε Κρότωνα. καλὰ πόλις ἥ Ζάκυνθος.
Καὶ τὸ ποταῷον τὸ Λακίνιον,

hæc habet: Αλκιμος καὶ Κρότων Αἰακοῦ υἱοί. ὁ μὲν ἐβασίλευσε Κορκυραίων, ὁ δὲ ἐν Σικελίᾳ ἔκτισε Κρότωνα. Et infra: τὸ λακίνιόν, ἔστι τοῦτο ἀκρωτήριον ἀπό τινος Λακίνου Κερκυραίου τοῦ ὑποδεξαμένου Κρότωνα φεύγοντα. De hoc Scholio legendus Holſtenius ad Stephan. in Λακίνιος. Legendus etiam Polybius Hiſt. lib. XII. ubi

 de

de Italicorum Locrenſium deductione Ariſtotelis, & Timæi narrationes referens, aſſerit, ipſis fœdera cum Locris, qui Græciam habent, nullo unquam tempore fuiſſe; unde minus mirari debemus, ex recitata apud Photium Cononis narratione eoſdem pro ſociis, & agnatis ſuis agnoviſſe Corcyræos.

Pariter dictum eſt ſupra, ſcilicet Cap. ſecundo, de Corcyra minore, ſeu *μελαίνα*, *nigra*, Cnidiorum, ut Strabo ſcribit, colonia. Addendum occurrit, eamdem nulla de cauſa cum Phæacia, ſeu majore confundere nuperos Scriptores Hiſtoriæ Romanæ, Gallice editæ, in ea narratione, quæ de bello a Romanis cum Teuta, Illyriorum Regina, geſto legitur apud Polybium lib. ſecund. Hiſtor.; nulla, inquam, de cauſa Corcyram ibi memoratam pro Corcyra minore iidem accipiunt. Si qua enim cauſa foret, ea certe foret, bellum illud ad Illyrios, in quorum finibus ſita erat Corcyra minor, non major, ſpectare. At Polybianam narrationem legenti nihil apertius, quam Teutam uſque ad Ionii fines ſuas erga Græcos injurias extendiſſe, videlicet ultra Dyrrachium, & Apolloniam, atque Epirum, ac proinde ad ipſam Corcyram majorem, imo ad ipſam Græciam, ad quam proficiſcentes Illyrii *τὸν πλοῦν ἐπὶ τὴν Κέρκυραν ἐποιοῦντο*, *Corcyram trajecerunt*, ait Polybius; majorem igitur, quæ præterea nudo *τῆς Κερκύρας* nomine ſola venire, nemine contradicente, conſuevit. Inſuper prælium, ex eodem Polybio initum ab Illyriis *juxta Paxos*, *περὶ τοὺς καλουμένους Παξούς*, cum Achæorum claſſe ad Corcyræ auxilium navigante, de majore (ultra quam Baxos, & Antipa-

tipaxos loci ſatis celebres) ibidem agi palam oſtendit.

Hæc ipſa ſatis aperta eſſe debebant laudatis Scriptoribus, quorum diligentiam in Romana Hiſtoria deſcribenda plerique impendio celebrant, & cujus magnam commovent expectationem ipſimet in Præfatione. At ſæpiuſcule eorum oculos vel in meridie caligaſſe, manifeſtius evincet Polybiani textus in ea ipſa de Illyrico bello narratione inſignis depravatio. Teuta, pace cum Romanis facta, huic legi inter cetera conſenſit, ne ultra Lyſſum fluvium impoſterum navigaret πλέον, ἢ δυσὶ λεμβοῖς, καὶ τούτοις ἀνόπλοις, *pluribus, quam duobus lembis, eiſque inermibus*. Auctores vero illi, Polybii, quem ad marginem laudant, verba interpretantes, ſeu depravantes, ita habent: *trois vaiſſeaux armez en guerre*. Conſtat præterea, Interpretem Latinum Appiani Hiſtor. de Bell. Illyr. (nam Græci exemplaris breve dumtaxat ſuppetit fragmentum) cum Polybio omnino convenientem, *duos tantum lembos, eoſque inermes* indicare. Quid vero cauſæ fuerit, cur iidem Scriptores Galli ibidem affirment, pacem non cum ipſa Teuta, ſed cum juvene Rege firmatam fuiſſe a Romanis, prorſus ignoro, palam refragante Polybiano textu, in quo legitur: ἡ Τεῦτα διαπρεσβευσαμένη πρὸς τοὺς Ρωμαίους ποιεῖται συνθήκας, & nulla ibi injicitur mentio de juvene Rege. Nulla quoque de abdicata ab eadem Teuta regia adminiſtratione; quod dum accidiſſe ſcribunt, *ou de depit, ou par un article ſecret de la Paix*, arcanum Polybio, quem narrationis ſuæ unicum exhibent vadem, minime compertum, eſt cur glorientur, ſibi patuiſſe.

CA-

CAPUT XXI.

Corcyræorum donaria. Porticus Corcyraica. Ptolichus pictor Corcyræus. Dodonæus lebes, Corcyræorum donarium. Proverbium, Corcyræa Scutica, *quid ſignificet. Eretrienſes, Corcyræ incolæ, inde expulſi.*

HUic Capiti reſervavimus nonnulla priſcæ quidem, ſed incertæ ætatis, quæ in unum faſciculum collecta exhibemus.

Pauſanias Eliac. pr. ad calcem de bove, a Corcyræis in Olympia dedicata, hæc habet: Ανϑ' ὅτȣ μὲν οἱ Κορκυραῖοι τόν τε ἐν Ολυμπίᾳ ϗ ἕτερον βοῦν ἐς Δελφοὺς ἀνέϑεσαν, δηλώσει μοι τὰ ἐς Φωκέας τοῦ λόγου. Επὶ δὲ τῷ Ολυμπιάσιν ἀυτῶν ἀναϑήματι, συμβῆναι τοιόνδε ἤκουσα. παῖς μικρὸς ὑπὸ τούτῳ καϑήμενος τῷ βοὶ, ἐς τὸ κάτω νενευκὼς ἔπαιζεν. ἀνασχὼν δὲ ἐξαίφνης τὴν κεφαλὴν, κατεάγη τε ἀυτὴν πρὸς τὸν χαλκὸν, ϗ ἐκ τοῦ τραύματος ἡμέραις ὕϛερον ἀπέϑανεν οὐ πολλαῖς. Ηλεῖοι μὲν δὴ τὸν βοῦν, ἅτε αἵματι ἔνοχον, ἐβουλεύοντο ἐκκομίσαι τῆς Αλτεως. ὁ δὲ σφᾶς ὁ ϑεὸς ὁ ἐν Δελφοῖς κατὰ τὸ ἀνάϑημα καϑάρσια ἔχρα ἐπ' ἀυτῷ ποιησαμένους, ὁπόσα Ελληνες ἐπὶ ἀκουσίῳ φόνῳ νομίζουσιν. *Quam ob rem vero Corcyræi bovem in Olympia unam, & unam item Delphis dedicarint, cum ad Phocenſium res pervenerit hiſtoria, exponemus. Etenim quod de*

Olym-

Olympica eorum bove me audiſſe memini, id nempe eſt. Parvulum puerum, cum ſub ea bove ſedens pronus luderet, ſublatum temere caput tam vehementer æri impegiſſe, ut ex eo vulnere non ita multis poſt diebus e vita exceſſerit. Elei bovem cædis ream extra Altin exportare in animo habebant; ſed Apollinis Delphici oraculo moniti ſunt, ut bovem eo ritu expiarent, quo ſolent Græci inconſultæ cædis fraudem eluere.

Quæ autem in Phocicis Pauſanias de donariis illis expoſuit, hujuſmodi ſunt: Εσελθόντι δὲ ἐς τὸ τέμενος, (τῶν Δελφῶν) χαλκοῦς ταῦρος, τέχνη μὲν Θεοπρόπου ἐςὶν Αἰγινήτου, Κορκυραίων δὲ ἀνάθημα. λέγεται δὲ ὡς ταῦρος ἐν τῇ Κορκύρᾳ καταλιπὼν τὰς ἄλλας βοῦς καὶ ἀπὸ τῆς νομῆς κατερχόμενος, ἐμυκᾶτο ἐπὶ θαλάσσῃ. γινομένȣ δὲ ἐπὶ ἡμέρᾳ πάσῃ τȣ̃ αὐτοῦ, κάτεισεν ἐπὶ θάλασσαν ὁ βȣκόλος, καὶ εἶδεν ἰχθύων τῶν θύννων ἀτέκμαρτόν τι ἀριθμῷ πλῆθος. καὶ ὁ μὲν δῆλα τοῖς ἐν τῇ πόλει Κορκυραίοις ἐποίησεν. οἱ δὲ (ἑλεῖν γὰρ τοὺς θύννους προαιρούμενοι, τηνάλλως ταλαιπωρίαν εἶχον) θεωροὺς ἀποςέλλουσιν ἐς Δελφούς. καὶ οὕτω Ποσειδῶνί τε ἐκεῖνον θύουσι τὸν ταῦρον, καὶ αὐτίκα μετὰ τὴν θυσίαν αἱρȣ̃σι τȣ̀ς ἰχθῦς. καὶ σφίσι τὸ ἀνάθημα ἐν Ολυμπίᾳ τε καὶ ἐν Δελφοῖς ἐςὶν ἡ δεκάτη τῆς ἄγρας. *Sacram ingreſſis aream* (Delphorum) *taurus ex ære præ oculis eſt, Theopropi Æginetæ opus, Corcyræorum donum. Proditum memoriæ eſt, Corcyræ aliquando aliis bobus relictis, taurum e paſtu abeuntem, contra pelagus mugitus edidiſſe: cumque idem ſingulis diebus faceret, bubulcum ad mare deſcendiſſe: conſpexiſſe vero infinitum prope thunnorum numerum; quod cum indicaſſet Corcyræis, illi (quod thunnos capere conati operam luſerant) ſciſci-*

Digitized by Google

ſciſcitatum Delphos miſere. Ex Apollinis vero reſponſo *taurum Neptuno mactant, confectoque mox ſacro piſces capiunt. Donum e decima prædæ in Olympiam, & Delphos mittunt*.

Ad hæc Corcyræorum donaria, ſeu ad boves tam in Olympia, quam Delphis dedicatos a Corcyræis referimus nummos quoſdam hujus populi, in quibus figura bovis apparet, aliquando cum figura, & nomine Regis Pyrrhi conjuncta; propterea quod evaſerit hic Corcyræ Dominus, in uxorem accipiens, ut ſcribit Plut. in ejus Vita, Lanaſſam Agathoclis Tyranni (de quo ſuperius) filiam. Ea eſt, quæ, ut paulo poſt ſcribit idem Auctor, Pyrrho infenſa, quod aliis uxoribus magis addictus videretur, Demetrium Pharium ad nuptias vocavit, tradita eidem Corcyra pro dote. Pyrrhum autem Corcyræos bello oppugnaſſe, ſcribit Pauſanias in Atticis. De Demetrio Phario verba facit Polyb. occaſione belli Illyrici, de quo in ſuperiore capite, ſcribens, eum a Corcyræis in inſulam ſimul cum Illyriorum, quibus ſe dediderant, præſidio receptum fuiſſe, deinde a Romanis, quos, Teutæ infenſus jam factus, advocaverat, juveratque quamplurimum & in Corcyra obtinenda, & in reliquis peragendis, Illyrii populis præfectum.

Ex alterius prædæ decima conſtructam in Eleorum foro porticum memorat idem Pauſanias in Eliacor. poſter. *Τῇ ϛοᾷ δὲ, ἔνθα οἱ Ελλαδονίκαι διημερεύουσιν, ἐϛιν ἐγγὺς ἄλλη ϛοὰ, τὸ μεταξὺ αὐτῶν ἀγυιὰ μία. ταύτην ὀνομάζουσι Κορκυραϊκὴν οἱ Ηλεῖοι. Ναυσὶ γὰρ ἐς τὴν σφετέραν Κορκυραίους ἐλθόντας ἐλάσαι μοῖραν τῆς*

λείας

λείας λέγουσι, λαβεῖν τε ἐκ τῆς Κορκυραίων πολλαπλάσια, ϗ οἰκοδομήσασθαι τὴν ςοὰν ἀπὸ τῶν λαφύρων τῆς δεκάτης. *A porticu, in qua ſtatio diurna eſt ludis præfectorum, aliam porticum callis unus disjungit: eam porticum Corcyraicam nominant Elei*, ex eo nomine indito, *quod cum Corcyræi ex Eleo agro, appulſis navibus, prædam egiſſent, ipſi mox Elei Corcyra* populationibus pervaſtata *multis partibus plura domum reportarint*, quam quæ erepta fuerant. *De prædæ itaque decima porticum erectam prædicant*.

Demum Pauſanias, in eodem libro pictores ex Critiæ ſchola recenſens, Ptolichum quemdam Corcyræum nobis ſuggerit, illius diſcipulum & Amphionis magiſtrum: Πτόλιχος μὲν γὰρ ἔμαθεν ὁ Κορκυραῖος παρ' αὐτῷ Κριτίᾳ, Πτολίχȣ δὲ ἦν μαθητὴς Ἀμφίων, *Ptolichus enim Corcyræus ab ipſo didicit Critia: is Amphionem docuit*.

Præter bina hæc Corcyræorum donaria, quæ Pauſanias memoravit, aliud item eorumdem memoratum reperimus a Strabone lib. VII. ubi de Dodonæo lebete, ſeu potius ab ejus Epitomatore; nam in noſtris Strabonis exemplaribus deſideratur hodie libri VII. pars poſtrema, ejuſque jacturam quoquo modo ſarciunt excerpta quædam ex Strabonis Epitome, cujus in illa libri VII. parte, quæ ad prædictum lebetem pertinent, initium faciunt. Eſt autem ibi mentio non ſolum de Corcyræorum donario, ſed etiam de celebri adagio, Κερκυραίων μάςιξ, *Corcyræorum ſcutica*. En verba: ὅτι ἡ παροιμία, τὸ ἐν Δοδώνῃ χαλκεῖον, ἐντεῦ-

θεν ὠνομάσθη. χαλκεῖον ἦν ἐν τῷ ἱερῷ, ἔχον ὑπερκείμενον ἀνδριάντα, κρατοῦντα μάςιγα χαλκὴν, ἀνάθημα Κορκυραίων. ἡ δὲ μάςιξ ἦν τριπλῆ ἁλυσιδωτὴ, ἀπηρτημένους ἔχουσα ἐξ αὐτῆς ἀςραγάλους, οἱ πλήττοντες τὸ χαλκεῖον συνεχῶς, ὁπότε αἰωροῖντο ὑπὸ τῶν ἀνέμων, μακροὺς ἤχους ἀπειργάζοντο, ἕως ὁ μετρῶν τὸν χρόνον ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τοῦ ἤχου μέχρι τέλους, καὶ ἐπὶ υ προελθεῖν, ὅθεν καὶ ἡ παροιμία ἐλέχθη, Κερκυραίων μάςιξ. *Nota proverbium, æs Dodonæum; hinc originem ſumpſiſſe. Lebes fuit æneus in templo, ſupra ſe ſtatuam habens tenentem flagellum æreum, donum Corcyræorum: flagellum erat triplum, catenulis intextum, dependentes habens talos; qui lebetem continenter pulſantes, quoties ſcilicet a vento agitabantur, diu reſonare faciebant: adeo ut metientes tempus ab initio ſoni uſque ad finem etiam ad* 400. *uſque pervenirent; unde proverbium cœpit, Corcyræorum flagellum.*

Hoc poſtremum proverbium antequam aliorum Interpretum dictis exponam, ejuſdem Auctoris profero verba, quibus certum reddatur celeberrimum Dodonæi Jovis templum haud procul a Corcyra, ſcilicet in continente illi oppoſita, ſitum fuiſſe; nam paulo ante allata verba, hæc leguntur: τὸ δὲ ἐν Δωδώνῃ μαντεῖον ἐν τῇ Θεσπρωτίᾳ ἐςὶν, καὶ οἱ ποιηταὶ Θεσπρωτίδα τὴν Δωδώνην ἔφασαν, *Dodonæum autem oraculum in Theſprotia eſt, & Dodonam Theſprotida cognominarunt poetæ.* Scylax Cariandenſis in Periplo cum dixiſſet, Corcyram inſulam eſſe κατὰ Χαονίαν, *juxta Chaoniam*, ſubdit, ἐπιβάλλει δὲ ἡ Κόρκυρα καὶ ἐπὶ τὴν Θεσπρωτίαν πλεῖον, ἢ ἐπὶ τὴν Χαονίαν. *Vergit autem*

Cor-

Corcyra etiam ad Theſprotiam magis, quam ad Chaoniam. Et Scymnus Chius in Periegeſi:

Κέρκυρα νῆσος δ' ἐςὶ κατὰ Θεσπρωτίαν,
Corcyra inſula eſt ad Theſprotiam.

Miſſa facio, quæ de genuina vocis *Dodonæ* lectione, deque ejus etymo, de Dodonæi oraculi antiquitate, multiplicique illius ſede, de columbarum in eo vaticiniis videri poſſunt apud Abr. Berchelium in Comment. ad Stephanum, & Ezech. Spanhemium in Obſervationibus in Callimachum ad Hymnum in Delum, & Jac. Gronovium in Tomo VII. Theſ. Antiquit. Græc. & Jac. Triglaudium ibidem, necnon apud alios eruditos Philologos. Videndus autem in primis articulus de Dodone in nobiliſſimo fragmento Stephani de Urbibus, & quidem in Bibliotheca Coisliniana, ubi Bernardus Montfauconius illud a mendis, quibus, iiſque graviſſimis, in anterioribus Editionibus reſperſum erat, emaculatum, & accuratiſſima interpretatione donatum, publicavit.

Ex allatis Strabonis verbis argui poſſet, quo ſenſu, in paroemiam venerat Dodonæum æs, eodem veniſſe etiam Corcyræorum ſcuticam, ſcilicet de homine improbæ, atque importunæ loquacitatis, quæ tinnitum ærei illius pelvis *ἀσιγήτοιο λέβητος*, *minime ſilentis lebetis*, ut eum Callimachus hymno in Delum nominat, Corcyræo flagro percuſſi, æmularetur. Attamen Veteres Corcyræam ſcuticam de re, ſupervacaneo cultu exornata, acceperunt. Sic Heſychius: *Κερκυραία μάςιξ, περιττήν τινα τὴν κατασκευὴν εἶχον αἱ Κερκυραῖαι μάςιγες, οἱ γὰρ καὶ διπλᾶς αὐτὰς ἔφασαν εἶναι,*

εἶχον δὲ ἐλεφαντίνους κώπας, καὶ τὰ μεγέθη περιτταὶ ἦσαν, *Corcyræa ſcutica. Supervacaneum Corcyrææ ſcuticæ ornatum habuerunt, quas duplices quidam fuiſſe ſcribunt; aderant autem illis eburnea manubria, ac ſupervacanea magnitudine donabantur.* Itidem Scholiaſtes Ariſtophanis in Avib. λέγεταί τις Κερκυραία μάστιξ. συνεχῶς Κερκυραίοις ἀταξίαι γίνονται. διὰ τὸ στασιάζειν οὖν ἐπεπόλασε παρ' αὐτοῖς ἡ μάστιξ, ὥστε διπλαῖς χρῆσθαι μεγάλαις, καὶ ἐλεφαντοκώποις. *Dicitur autem quis Corcyræa ſcutica. Aſſiduæ apud Corcyræos perturbationes. Seditionum itaque cauſa multum apud illos invaluit ſcutica, adeo ut duplicibus, grandioribuſque, ac cum eburneis manubriis uterentur.* De Corcyræorum ſeditionibus dicetur inferius.

Huc etiam trahitur a Paroemiographis Corcyrææ ſcuticæ appellatio, qua Lycurgus rhetor Athenienſes taxaſſe, cum ab iis ſibi concionanti obſtreperetur, narrat Plutarchus in Vit. x. Rhet. ἦν δὲ (ait) παρρησιαστὴς διὰ τὴν εὐγένειαν. Ἀθηναίων γέ τοί ποτε οὐκ ἀνεχομένων αὐτοῦ δημηγοροῦντος, ἔκραγεν ἐκβαλλόμενος, ὦ Κερκυραία μάστιξ, ὡς πολλῶν ταλάντων εἶ ἀξία. *Liber enim erat in loquendo ob generis nobilitatem; Athenienſibus enim aliquando ei concionanti obſtrepentibus ejectus exclamavit, O Corcyræa ſcutica, quam multis vales talentis!* Deſiderius Eraſmus in Chiliadib. notatum hic ait a Lycurgo populum inutilem, magno tamen alendum.

Quam Corcyrææ ſcuticæ de re, ſupervacaneo cultu ornata, interpretationem minime quidem rejicio, utpote veterum Scriptorum auctoritate fultam; nec abnuo ſcuticæ uſum Corcyræis, quod crebris ſeditionibus

nibus agitarentur, admodum familiarem; miror tamen nec Eraſmum, nec alios Paroemiographos, ne leviter quidem animum advertiſſe ad Corcyræam ſcuticam, Dodonæum lebetem continenter pulſantem, ex qua fluxiſſe teſtatur Strabo proverbium illud, aptius proinde hominem impendio garrulum, quam aliud quidvis deſignare. Jul. Pollux Onom. lib. 6. cap. 26. de Garrulis agens, Dodonæum æs cum Alcinoi apologis conjungit: τὸ ἐκ Δωδώνης χαλκεῖον (ait ipſe) μακρότερα τῆς ἰλιάδος λαλῶν, Ἀλκίνου ἀπόλογος. Bina Corcyræorum numiſmata cum ſcutica exhibet nobis Andr. Marmora.

Memoratus paulo ante, Plutarchus colonos quoſdam Corcyræ, aliunde ignotos, nobis ſuggerit; Eretrienſes nimirum, cauſam narrans in Quæſtionibus Græc. cur ii *Apoſphendoneti* vocarentur: τίνες (ait Quæſt. x.) οἱ ἀποσφενδόνητοι; Κέρκυραν τὴν νῆσον Ἐρετριεῖς κατῴκουν. Χαρικράτους δὲ πλεύσαντος ἐκ Κορίνθου μετὰ δυνάμεως, καὶ τῷ πολέμῳ κρατοῦντος, ἐμβάντες εἰς τὰς ναῦς οἱ Ἐρετριεῖς ἀπέπλευσαν οἴκαδε. *Qui ſunt Apoſphendoneti?* quaſi fundarum telis pulſos diceres: *Corcyram inſulam Eretrienſes incolebant; Charicrate autem* (Cherſicrate, de quo ſupra) *a Corintho cum copiis profecto, bello ab eo victi, conſcenſis navibus domum verſus navigarunt*. Quoniam vero cives eos fundis arcuerunt, exinde *Apoſphendonetorum* nomen illis eſt inditum.

CA-

Digitized by Google

CAPUT XXII.

Inſcriptio Corcyræa ex Diario Italico Bernardi Montfauconii. Doricam præfert dialectum, juxta peculiarem Corcyræ idiotiſmum. Senſus ejuſdem in verſione Montfauconii obſcurus, quin vitiatus, explicatur. Uſura nautica maxime in uſu apud Corcyræos. Græcum Epigramma mendis reſperſum in eo Diario, & ineditum exiſtimatum, affertur ex Cyriaco Anconitano, & Holſtenio abſque iis mendis, & cum nova verſione. Epigramma, & Epigraphe pro eodem accipiuntur in veteribus lapidibus. Urbs Abeatum in Meſſenia ſita.

CORCYRÆORUM donariis, de quibus in Capite proxime præcedenti, conjungi poſtulat vetus Donationis tabula, & ipſa incertæ ætatis, & ipſa ſingulare antiquitatis monumentum, quam in Corcyra inſula repertam V. Cl. Apoſtolus Zenus dono dedit Venetiis anno 1701. V. Cl. Bernardo Montfauconio. Eam itaque hic afferemus ex Diario Italico ejuſdem, primum cum ipſo adnotantes, legentibus obviam fieri in hac Inſcriptione Doricam dialectum, ſed uſu Corcyræorum paulum vitiatam, ſcilicet cum multis idiotiſmis, qui aliquam (ſi ita loqui licet) Corcyræitatem ſapiunt; obvios item fieri menſes Machanem, & Euclium, qui cum Macedonianis, paſſim apud Græcos uſurpatis, non conſentiunt; obvios denique Dionyſiacorum quoſdam ritus, & præcones ſtantes ad

ad currus, cum aliis bene multis, quæ prudens Lector deprehendet.

At nihilo minus prudens Lector in Montfauconiana ejus Inſcriptionis verſione deprehendet ſenſum Donationis ita labefactatum, ut neceſſe habeat fateri, ſe nihil in eo intelligere. Donant urbi Corcyræorum, & Baccho in mercedem operariorum, ad Dionyſiaca quotannis celebranda, Ariſtomenes argenti Corinthii minas ſexaginta, & totidem Pſyllas, ut in primis tabulæ lineis habetur, poſt quas verſio mox ſubjicit, *Utque ad uſuram dentur centum octoginta minæ, & fœnori tradantur eædem centum octoginta minæ. Tranſacto anno poſtquam centum octoginta minæ ad uſuram traditæ fuerint &c.* Cum centum tantum & viginti minæ erogatæ fuerint, ut dictum eſt, ab Ariſtomene ſimul & Pſylla, ignorat prorſus Lector, unde illæ centum & octoginta repente progignantur; ignoratque pariter diſcrimen, quod intercedat, inter priorem phraſin, *ad uſuram dentur*, & poſteriorem, *fœnori tradantur* eædem centum octoginta minæ. Auget ſententiæ obſcuritatem, quod legitur ſub medium Inſcriptionis, ubi Corcyræi Senatus refertur decretum de pecunia ab Ariſtomene, & Pſylla contributa, ad uſuram tradenda; nam Interpretis hæc ſunt verba: *Cum autem revoluto tempore prædictæ centum octoginta minæ annuum fœnus produxerint; aliæque centum octoginta minæ in fœnus pariter datæ fuerint, exacto anno poſtquam centum illæ & octoginta minæ ad uſuram locatæ fuerint &c.*

Putarem ipſe tam Donationis, quam Decreti ſenten-

ten-

tentiam facile patere, ſi Græca verba alio modo & quidem fidelius vertantur, priore ſcilicet loco, ὡς δὲ καὶ γένωνται) τοκιζόμεναι μναῖ ἑκατὸν ὀγδοήκοντα, καὶ ἐκδανειϑῶντι αἱ ἑκατὸν ὀγδοήκοντα μναῖ. παρελθόντος ἐνιαυτοῦ μετὰ τὸ ἐκδανειϑῆναι τὰς ἑκατὸν ὀγδοήκοντα μνᾶς, vertatur, *Cum autem minæ* (centum viginti) *traditæ ad uſuram, evaſerint centum octoginta, & hæ centum octoginta fœnori dentur, ac revoluto anno poſtquam ad uſuram datæ fuerint*, tunc mittat urbs ſecundum legem Agonothetæ ad ſolvendam operariorum mercedem, & celebrentur Dionyſia. Eodem pariter modo emendanda venit verſio poſterioris loci, in qua *alias centum octoginta minas* Interpres, de ſuo veluti theſauro prolatas, inducit. Qua poſita emendatione ſententia Donationis, ac Decreti clare perſpicitur; necnon quid ſibi velit, quod in tabulæ initio legitur, Αγέτω δὲ ἀπὸ Κορινϑίαν μνᾶν πεντήκοντα, ἀπὸ τοῦ τόκου τῶν τριῶν ταλάντων μισϑούμενα, *Conducant autem ex minis Corinthiis quinquaginta, a trium talentorum fœnore expreſſis*. Tria talenta ſunt illæ ipſæ centum octoginta minæ fœnori datæ, cum ſexaginta minæ, ut notum eſt, Atticum talentum (minus ſcilicet) efficiant. Uſura autem quinquaginta minarum inde expreſſa, gravis quidem videri poſſet; ſed nauticam uſuram, quæ omnium graviſſima, Corcyræ magnopere in uſu fuiſſe, probabile redditur tam ex Inſulæ ſitu, quam ex more gentis navigationi, & commercio maxime deditæ. Artemiſius menſis, cui Majus noſter, maritimis mercimoniis maxime idoneus, reſpondet, in quo tabula præſcribit ad uſuram tradi legatam pecuniam,

cuniam, & ipſe indicat, in ea Nauticam potius; quam aliam uſuram intelligi.

Inſcriptio autem ita ſe habet:

Ἐπὶ σωτηρίᾳ πρυτανεύοντος Ἀριςομένεος, μηνὸς Μαχανέος τετάρτῃ ἐπὶ εἰκάδι.

Pro ſalute Magiſtratum gerentis Ariſtomenis, menſis Machanis vigeſima quarta.

Ἀριςομένης Ἀριςολαΐδα Λεὺς δίδωτι τᾷ πόλει τῆς Κορκυραίων εἰς τὰν τῆς τεχνίταν μίσθωσιν τῷ Διονύσῳ, ἀργυρίου Κορινθίου μνᾶς ἑξήκοντα. δίδωτι δὲ καὶ Ψυλλᾶς Ἀλκιμυΰλλις τᾷ πόλει τῆς Κορκυραίων, εἰς τὰν τῆς τεχνιτῶν μίσθωσιν τῷ Διονύσῳ ἀργυρίου Κορινθίου μνᾶς ἑξήκοντα. ἑλέσθω δὲ ἁ βουλὰ ἑκαςάκις εἰς ἐνιαυτὸν τοὺς ἐκδανεισοῦντας τὸ ἀργύριον ἄνδρας τρεῖς τοὺς δυνατωτάτους χρήμασιν. ἁ δὲ ἐκδάνεισις καὶ ἀνάπραξις τοῦ ἀργυρίου γινέσθω, καὶ ἁ λοιπὰ διοίκησις, καθὼς κ'ἁδοκῇ βουλᾷ καλῶς ἔχειν, ὡς δὲ καὶ γίνωνται τοκιζόμεναι μναῖ ἑκατὸν ὀγδοήκοντα, καὶ ἐκδανεισθῶντι αἱ ἑκατὸν ὀγδοήκοντα μναῖ. παρελθόντος ἐνιαυτοῦ μετὰ τὸ ἐκδανισθῆμεν(?) τὰς ἑκατὸν ὀγδοήκοντα μνᾶς, ἀποςειλάτω ἁ πόλις, κατὰ τὸν τοῦ ἀγωνοθέτα νόμον, ἐπὶ τὰν τῆς τεχνίταν μίσθωσιν, καὶ ἀγέτω τὰ Διονύσια, ἀφ' οὗ κ'ἄρξονται παρ' ἅτερον ἐνιαυτὸν, εἰμή τι διὰ τὸ ἀδυνατον γίνοιτο, βουλᾶς καὶ ἀλίας ὑπερθεμένας. ἀγέτω δὲ ἀπὸ Κοριν-

Ariſtomenes Ariſtolaïdaleus dat urbi Corcyræorum & Baccho in mercedem operariorum, argenti Corinthii minas ſexaginta. Erogat quoque Pſyllas Alcimi filius Corcyræorum urbi & Baccho, in mercedem operariorum, argenti Corinthii minas ſexaginta. Deligat porro Senatus ſingulis vicibus in anno qui argentum fœnori tradant viros tres, qui pecunia maxime valeant: argentum vero fœnori tradatur, exigatur atque in uſus poſtea conferatur, ut Senatui operæ pretium fore videbitur. Utque ad uſuram dentur centum octoginta minæ. Tranſacto anno poſtquam centum octoginta minæ ad uſuram traditæ fuerint, mittat urbs ſecundum legem Agonothetæ ad ſolvendam operariorum mercedem, & celebrentur Dionyſia, ſive Bacchicæ feriæ: a quo tempore ad alium quoque annum incipientur; niſi forte, ſenatu & concilio aliud in tempus remiſſo, non poſſit res effici. Conducant autem ex minis Corinthiis quin-

Digitized by Google

quaginta, a trium talentorum fœnore expreſſis, tibicines tres, tragœdos tres, comœdos totidem: cæteraque omnia perficiant qui ſingulis annis Principes erunt, ut Agonothetæ lege ſancitum eſt. Præbeaturque operariis annona ex fœnore hujuſmodi, prout ſtatutum & definitum eſt, præter illas quinquaginta minas. Quod ſi quid inſtante bello pro more fieri nequeat; neque urbs quæ conſueta ſunt miſerit ad operarios, aut ipſi operarii non adfuerint, aut certamen quis dimiſerit, quod reſiduum fuerit ex illa pecunia in fœnus tradatur, & totum quod ex ea fœnoris provenerit in operariorum mercedem cedat. Quod ſi res effici poſſit, nihilque adſit impedimenti quominus compleatur, neque mittat urbs ad operarios, ſtatis quibuſque temporum curriculis; aut accedentibus operarum conductoribus, mercedem non ſolvat operariis, neque ſolitum ac præſcriptum præmium penſitet, neque conſtitutam annonam, neque in alios uſus argentum hujuſmodi deputetur, neque cedat in mercedem operariorum; Ariſtomeni & Pſyllæ maneant omnes conceſſæ pecuniæ, vel hæredibus ejuſdem Ariſtomenis & Pſyllæ. Teſtes, Molotas Glauci filius, Oſander Theodori, Promachidas Mertili.

Cum conventum fecerint Ariſtomenes Ariſtolai filius & Pſyllas Alcimi de pecunia quam urbi & Baccho in mercedem

θίαν μνᾶν πεντήκοντα, ἀπὸ τοῦ τόκου τῶν τριῶν ταλάντων μισθούμενα, αὐλητὰς τρεῖς, τραγῳδοὺς τρεῖς, κωμῳδοὺς τρεῖς. καὶ τὰ λοιπὰ ποιούντω πάντα οἱ ἑκαστάκις ἐόντες ἄρχοντες, καθὼς ὁ τοῦ ἀγωνοθέτα νόμος τάσσει. διδόσθω δὲ καὶ τὰ σιτηρέσια τοῖς τεχνίταις τὰ ἔννομα ἀπὸ τοῦ τόκου, χωρὶς τᾶν πεντήκοντα μνᾶν. εἰ δέ τι κωλυμάτιον γίνοιτο διὰ πόλεμον, καὶ μὴ ἀποστείλῃ ἁ πόλις ἐπὶ τὼς τεχνίτας, ἢ μὴ παραγίνοιντο οἱ τεχνῖται, ἢ λίπῃ τις τὸν ἀγῶνα, ἐκδανιζέσθω καὶ τὸ λειφθὲν ἀργύριον πᾶν καὶ ὑπαρχέτω τοκιζόμενον εἰς τὰν τῶν τεχνιτᾶν μίσθωσιν. εἰ δὲ δυνατοῦ ἐόντος, καὶ μὴ ἐπικωλύοντος μηθ' ἑνός, μὴ ἀποστεῖλαι ἁ πόλις ἐπὶ τὼς τεχνίτας κατὰ τὰν περίοδον ἑκάσταν, ἢ παραγινομένων τῶν ἐργολάβων, μὴ μισθώσαιτο τὼς τεχνίτας, ἢ μὴ διδοίη τὸν μισθὸν τὸν ὑπογεγραμμένον, ἢ τὰ σιτηρέσια τὰ ἔννομα, ἢ εἰς ἄλλο τι καταχρήσαιτο τὸ ἀργύριον, καὶ μὴ εἰς τὰν τῶν τεχνιτῶν μίσθωσιν, Ἀριστομένεος, καὶ Ψυλλᾶς ἔοντο τὰ δοθέντα χρήματα πάντα, ἢ τῶν ἐπιγόνων τῶν Ἀριστομένεος, καὶ Ψυλλᾶς. μάρτυρες Μολῶτας Γλαύκου, Ὠσανδρος Θεοδώρου, Προμαχίδας Μερτίλου.

Πρόσοδον ποιησαμένων Ἀριστομένεος τοῦ Ἀριστολαΐδα, καὶ Ψυλλᾶς τοῦ Ἀλκίμου περὶ τοῦ ἀργυρίου, οὗ ἔδωκαν τᾷ

πόλει, καὶ τῷ Διονύσῳ, εἰς τὰν τῶν τεχνιτᾶν μίσθωσιν, ἑκάτερος Κορινθίας μνᾶς ἑξήκοντα. Ἔδοξε τᾷ βυλᾷ τὸ δοθὲν ἀργύριον παρὰ Ἀριστομένεος, καὶ Ψυλλᾶς ἐκδανεῖσαι τοὺς αἱρεθέντας. ἑλέσθαι δὲ τὰν βυλὰν τοὺς χειριξοῦντας τὸ ἀργύριον ἄνδρας τρεῖς εἰς ἐνιαυτὸν τοὺς δυνατωτάτους χρήμασι, καὶ πλειστάκις τοὺς αὐτοὺς διαλιπόντας ἔτη δύο, μὴ νεωτέρους ἐτῶν τριάκοντα πέντε, μὴ δὲ πρεσβυτέρυς ἑβδομήκοντα (ſic) αἱρεῖσθαι δὲ ἑκάστου ἐνιαυτοῦ μηνὸς Μαχανέος ἐν βυλᾷ ἢ ἁλίᾳ. οἱ δὲ αἱρεθέντες, ἐπ᾽ Ἀριστομένεος, παραλαβόντες τὸ ἀργύριον παρὰ Ἀριστομένεος καὶ Ψυλλᾶς, ἐκδανεισάντω ἐν μηνὶ Δυωδεκάτῳ καὶ Εὐκλείῳ τῷ ἐπὶ Ἀριστομένεος, προκαρύξαντες ἐπικαρυκταὶ, μὴ μεῖον ἢ ἀμέρας πέντε, χρηματίζοντες ποτὶ τοῖς ἀρμάτεσσι, μὴ πλείονος τόκου δανείζοντες, ἢ δύο δραχμὰν τὸν μῆνα ἕκαστον, τὰν μνᾶν ἑκάσταν, μηδ᾽ ἐλάσσονος συναλλάσσονται, ὡς καὐτοὶ προαιρῶνται. ὥς τε τὸν περάμενον ἀποδόμεν τό, τε κεφάλαιον καὶ τὸν τόκον ἐν μηνὶ Εὐκλείῳ τῷ μετὰ πρύτανιν Ἀριστομένη, ἀναπράξαντες τό, τε κεφάλαιον καὶ τὸν τόκον. ἐν τῷ Εὐκλείῳ μηνὶ τῷ μετ᾽ Ἀριστομένη παραδόντω τοῖς αἱρεθεῖσι εἰς τὸν ὑπ᾽ αὐτοῦ ἐνιαυτὸν ἐπὶ τὰν χείριξιν τοῦ ἀργυρίου. οἱ δὲ παραλαβόντες χρηματιζόντω τὸ ἀργύριον πᾶν ἐν τῷ Ἀρτε-

operariorum largiti ſunt, videlicet uterque Corinthias minas ſexaginta. Decretum eſt a Senatu ut argentum ab Ariſtomene & Pſylla oblatum in fœnus tradant ii qui ad id officii electi fuerint. Eligat autem Senatus ſingulis annis qui pecuniam hujuſmodi adminiſtrent fortunis reque familiari inſtructiſſimos: ac plerumque iidem repetantur, dum biennio poſt rem adminiſtratam vacaverint; ne juniores ii ſint annis triginta quinque, neque ſeniores ſeptuaginta. Deligantur autem ſingulis annis menſe Machanis ſive in Senatu, ſive in conſeſſu. Qui autem delecti fuerint magiſtratum gerente Ariſtomene, accepta pecunia ab Ariſtomene & a Pſylla, ipſam ad fœnus & uſuram conſignent in menſe duodecimo & Euclio, dum Magiſtratum adhuc obtinebit Ariſtomenes: re per præcones denuntiata; qui non minus diebus quinque ad currus ſtabunt (talia denuntiantes) nec plus quam duas drachmas ad ſingulos menſes pro ſingulis minis accipient, neque inferiore pretio pro lubito ſuo paciſcantur; ita ut qui conditionem accipiet, & pecuniæ ſummam & fœnus ſolvat menſe Euclio, qui poſt Ariſtomenis magiſtratum & Prytaniam revolvetur: exigant igitur & ſummam pecuniæ & uſuram inde provenientem. In menſe Euclio ab Ariſtomene tradatur pecunia iis qui pro ſubſequenti anno ad ejus adminiſtrationem adlecti fuerint. Qui autem acceperint, de tota pecuniæ ſumma negotientur in Artemiſio menſe

Digitized by Google

qui anno adminiſtrationis ſuæ occurret, re per præcones in curribus denuntiata, cæteriſque omnibus obſervatis quæ de adminiſtratoribus Ariſtomene magiſtratum gerente electis ſancita ac deſcripta ſunt: Similiter autem rem gerant, qui ad ſingulos annos electi erunt. Quod ſi ii qui ad pecuniæ adminiſtrationem deputati erunt, aliquid eorum omiſerint quæ conſtituta ac decreta fuerunt; ſi pecuniæ ſummam non ad uſuram dederint, cum, ut ſupra ſcriptum eſt, re familiari valeant, ſolvant argenti Corinthii minas triginta, inſuperque ſummam pecuniæ quam acceperint reſtituant; ſin minus egerint, duplicatam totam pecuniæ ſummam numerent. Si ſe rei gerendæ impares fuiſſe dictitent; rem agitet & perquirat Senatus, & conſeſſus. Quod ſi ii qui pacto fœnore argentum acceperunt, ſummam pecuniæ & uſuram ejuſdem nō confecerint, neque electis adminiſtratoribus, ſicuti ſancitum eſt, tradiderint; duplicatam pecuniæ ſummam pariterque uſuram ejus tradant, ſi quidem ſtatam pecuniam non numerarint. Cum autem revoluto tempore prædictæ centum octoginta minæ annuum fœnus produxerint; aliæque centum octoginta minæ in fœnus pariter datæ fuerint, exacto anno poſtquam centum illæ & octoginta minæ ad uſuram locatæ fuerint, mittant adminiſtratores ad mercedem operariis ſolvendam, ſecundum legem Agonotheticæ, & reliqua omnia qui ſingulis annis adlecti fuerit perficiant, prout in donatione ſcriptum eſt; niſi quid ingruente bello ſecus acciderit, Senatu & con:

μισϑῷ μὴν τῷ ἐφ' αὐτῶν, ποτὶ τοῖς ἁρμάτεσσι προκαρύξαντες, καὶ τὰ λοιπὰ πάντα ποιοῦντες καθὼς καὶ τοὺς ἐπ' Αριστομένεος αἱρεθέντας γέγραπται. ὡσαύτως δὲ καὶ οἱ ἑκαστάκις αἱρεθέντες ποιούντω. εἰ δὲ οἱ αἱρεθέντες ἐπὶ τὰν χείρεξιν τοῦ ἀργυρίου μὴ ποιήσαιεν ἕν τι τῶν γεγραμμένων, εἰ μὴ ἐκδανείσαιεν τὸ ἀργύριον, καθὼς γέγραπται δυνατοὶ ἐόντες, ἀποτισάντω ἀργυρίου Κορινθίου μνᾶς τριάκοντα, τὸ κεφάλαιον, ὅ κ' ἀπαραλαβόντι παραδόντω. εἰ δὲ μή, διπλῆ ἀποτισάντω τὸ κεφάλαιον. περὶ δὲ τοῦ ἀδυνάτου βουλὰ καὶ ἁλία ἐπιγινωσκέτω. εἰ δὲ ἐκδανείσαντες μὴ ἂν πράξαιεν τὸ κεφάλαιον, καὶ τὸν τόκον, ἢ μὴ παραδοίεωντο τοῖς αἱρεθεῖσι καθὼς γέγραπται, ἀποτισάντω τὸ, τε κεφάλαιον καὶ τὸν τόκον, διπλῆ ὁπότερον, καὶ μὴ παραδόντι. ἐπεὶ δέκα γένωνται τοκιζάμεναι μναῖ ἑκατὸν ὀγδοήκοντα, καὶ ἐκδανειστέωντι αἱ ἑκατὸν ὀγδοήκοντα μναῖ, παρελθόντος ἐνιαυτοῦ μετὰ τὸ ἐκδανεισθῆμεν, τὰς ἑκατὸν ὀγδοήκοντα μνᾶς, ἀποστειλάντω οἱ ἄρχοντες ἐπὶ τὰν τῶν τεχνιτᾶν μίσθωσιν, κατὰ τὰν ἀγωνοθέτικα νόμον; καὶ τὰ λοιπὰ πάντα ποιούντω, οἱ ἑκαστάκις ἄρχοντες, καθὼς ἔν τε δώσει γέγραπται, εἰ μή τι διὰ πόλεμον γίνοιτο, βουλᾶς καὶ ἁλίας

ὑπερθεμένας· μισθούσθω δὲ τοὺς τεχνίτας, ἀφ' οὗ κἀρχὴ γίνοιτο παρ' ἕτερον ἐνιαυτὸν, ἀπὸ τοῦ τόκου τῶν τριῶν ταλάντων ἀπὸ μνᾶν πεντήκοντα, αὐλητὰς τρεῖς, τραγῳδοὺς τρεῖς, κωμῳδοὺς τρεῖς. καὶ τὰ λοιπὰ πάντα κατὰ τὸν τοῦ ἀγωνοθέτα νόμον. διδόσθαι καὶ τὰ σιτηρέσια τοῖς τεχνίταις τὰ ἔννομα ἀπὸ τοῦ τόκου, χωρὶς τᾶν πεντήκοντα μνᾶν. οἱ δὲ χρειζοντες τὸ ἀργύριον καθ' οὓς κα χρόνους παραγίνονται οἱ τεχνῖται, ἐπεί κ' ἂν πράξωντι τὸ ἀργύριον πεντήκοντα μνᾶς τὸν μισθὸν τοῖς τεχνίταις, καὶ τὰ σιτηρέσια τὰ γινόμενα παραδόντω τῷ Αγωνοθέτᾳ τοῦ Αρτεμιτίου μηνὸς, πρὸς τὰς ἑκτὰς, τὸ δὲ λοιπὸν τοῖς ἐφερεθεῖσιν (ſic). ὁ δὲ παραλαβὼν Αγωνοθέτης ποιήτω πάντα κατὰ τὸν νόμον, καὶ ἀπολογιξάσθω εἰς βουλὰν ἐν ται πράται συνεδραίωντι κ' ἃ παραλαβεὶν ἀργύριον, καὶ καθὼς κ' ἃ ἑκάστῃ διοικήσῃ (ſic). ἀπολογιξάσθωσαν δὲ καὶ οἱ χρειζοντες τὸ ἀργύριον ἑκαστάκις εἰς βουλὰν μηνὸς Αρτεμιτίου, οἵ τε παραλαβόντες, καὶ οἱ παραδιδόντες, καθὼς κα ἕκαστα παραλαβόντι, καὶ παραδόντι. οἱ δὲ μὴ ποιήσαιεν τι τῶν γεγραμμένων, οἵ τε χρειζοντες τὸ ἀργύριον, ἢ οἱ ἄρχοντες, ἀποτισάτω ὁ αἴτιος ἀργυρίου Κορινθίου μνᾶς τριάκοντα καὶ ὃ καταβλάψῃ διπλῆ. εἰ δέ τι κα ὁ ἀγωνοθέτας, ἢ οἱ

ſeſſu aliud in tempus remiſſo: Mercede autem conducant operas; (ex quo alterius ac ſubſequentis anni initium ducatur) ex fœnore trium talentorum, videlicet ex minis quinquaginta; nimirum tibicines tres, tragœdos tres, comœdos totidem: & reliqua omnia adminiſtrentur ſecundum legem Agonothetæ. Detur autem ex fœnore annona operariis, quæ conſtituta, præter illas quinquaginta minas. Qui porro ſummam illam pecuniæ adminiſtrant, quo tempore operarii accedent, poſtquam argentum illud quinquaginta minarum in mercedem operariorum exegerint, & conſtitutam annonam; tradant Agonothetæ menſe Artemiſio, ſexta ejuſdem menſis die: reliquam autem ſummam electis adminiſtratoribus. His acceptis Agonotheta omnia ſecundum legem peragat, atque in Senatu, cum primum congregatus fuerit, rationem reddat, quo modo acceperit argentum, & ad ſingula ſtatuta expenderit. Rationem pariter reddant Adminiſtratores pecuniæ, idque ſingulis annis menſe Artemiſio atque in Senatu; ſicque agant tum ii qui acceperunt, tum ii qui tradiderunt, ſingulatim ea quæ acceperint & tradiderint recenſendo. Si qui vero quidpiam eorum quæ ſancita ſunt omiſerint, ſive adminiſtratores pecuniæ, ſive magiſtratus; ſolvat qui in culpa fuerit argenti Corinthii minas triginta, & quod prave adminiſtratum fuerit in duplum reſtituant. Quod ſi tam Agonotheta quam Adminiſtratores

Digitized by Google

non probe & accurate rationem reddiderint; legum cuſtodes rem expendant & examinent; ut conſueto more de ſacris & publicis pecuniis agitur. Nec liceat cuipiam procurare, ut oblata ab Ariſtomene & Pſylla pecunia alios in uſus transferatur, niſi in mercedem artificum; in aliud vero quodlibet, nullo pacto, nulloque obtentu. Quod ſi quis id procurarit, vel alios in uſus pecuniam diverterit: ſolvat tam qui id procuraverit, quam is qui in alios uſus diverterit Ariſtomeni & Pſyllæ, aut eorumdem hæredibus, argenti Corinthii minas ſexaginta; & argentum quo abuſus eſt duplum reſtituat. Horum autem omnium, & aliorum quæ ſancita fuerint decretum Defenſores Senatus immutatum deſcribant. Et cum deſcripſerint, argentum pro ſingulis prave admiſſis ſtatutum & deſignatum tradant procuratores principum ſenatus: atque purum argentum hujuſmodi, tricenas ſcilicet minas, ad tribunalia deferant: neque liceat cuilibet pro cupidine ſua ſecus ſtatuere vel decernere. Damnatum autem pro tali facinore, qui jus hujuſmodi ſcripſerunt ad ſolvendum compellent. Quæcumque igitur ad rem communem ſpectant, iis qui ad pecuniæ adminiſtrationem adlecti fuerint tradantur; ii vero fœnus tradant ejuſmodi pecunias ex mulctis provenientes, ut de aliis ſuperius ſtatutum eſt. Quæ autem Ariſtomeni & Pſyllæ atque hæredibus eorum mulctæ competunt, ab ipſiſmet exigantur, &

χειρίζοντες τὸ ἀργύριον μὴ ὀρθῶς ὑπολογίζωνται, νομοφύλακες ἐκλογιζέσθω, καθὼς καὶ τὰ ἄλλα τὰ ἱερὰ, καὶ δημόσια χρήματα. μὴ ἐξέστω δὲ μηδ᾽ ἐνὶ προστατῆσαι περὶ τοῦ ἀνατεθέντος ὑπὸ Αριστομένεος καὶ Ψυλλᾶς ἀργυρίου, ὥς τε εἰς ἄλλό τι καταχρησθῆμεν, ἀλλ᾽ εἰς τὰν τῶν τεχνίταν μίσθωσιν, εἰς δὲ ἄλλο μηδ᾽ ἓν, μηδαμῶς μὴ δὲ μιᾷ παρευρέσει. εἰ δέ τις προστατήσαι, ἢ καταχρήσαιτο εἰς ἄλλό τι, ἀποτεισάτω ὁ προστατήσας, καὶ ὁ καταχρησάμενος Αριστομένη καὶ Ψυλλᾷ, ἢ τοῖς ἐπινόμοις τοῖς Αριστομένεος καὶ Ψυλλᾶς, ἀργυρίου Κορινθίου μνᾶς ἑξήκοντα, καὶ τὸ ἀργύριον ὃ κατεχρήσθη διπλῆ. πάντων δὲ τούτων, καὶ εἴ τινος καὶ ἄλλου δοκῆ πρόδικοι βουλᾶς κρίσιν ἀπάρβολον γραψάμενοι: καὶ ἐπιγράψαντες τὸ ἀργύριον τὸ ἐφ᾽ ἑκάστου ἀδικήματος γεγραμμένον, δόντω προστάται προβουλῶν. οἱ δὲ εἰς τὰ δικαστήρια φερέτω ἀκαμεῖον, ἢ τριακοσαὶ, μὴ ἐξέστω δὲ καὶ ἄλλως τῷ λῶντι κρίνεσθαι κατὰ ταυτά. τὸν δὲ καταγνωσθέντα οἱ τὰς κρισίας γραψάμενοι εἰσπράξαντες. ὅσα μὲν ποτὶ τὸ κοινὸν συνοικεῖ τοῖς ᾑρημένοις ἐπὶ τὰν χείριξιν τοῦ ἀργυρίου παραδόντω: οἱ δὲ ἐκδανεισάντω καθὼς καὶ τὸ ἄλλο ἀργύριον γέγραπται. ὅσα δὲ Αριστομένει, ἢ Ψυλλᾷ, ἢ τοῖς ἐπινόμοις ἐπιτίμια ἐπιβάλλει, αὐτοὶ εἰσπράσσονται, καὶ κρινέσθω ἕκαστα

καθὼς κ' αὐτοὶ προαιρεῦνται. αἰ δέ τις τῶν ἐπινόμων τῶν Ἀριστομένεος ἢ Ψυλλᾶς προςαιτήσαι ὡς ἄλλό τι καταχρησθῆμεν, ἢ καταχρήσαιτο ἄλλαι πᾶ, μὴ ἔστω τὰ ἐπιτίμια, μὴ δὲ τὰ χρήματα Ἀριστομένεος καὶ Ψυλλᾶς, μὴ δὲ τῶν ἐπινόμων Ἀριστομένεος καὶ Ψυλλᾶς, ἀλλὰ δημόσια εἰς τὰν τῶν τεχνίταν μίσθωσιν, καὶ ἐκδανειζέσθω μετὰ τῶ ἄλλω ἀργυρίω καθὼς ἐπάνω γέγραπται. εἰ δέ τι ἀδυνάτον διὰ πόλεμον γένοιτο, καὶ μὴ ἀποστῆλαι ἁ πόλις ἐπὶ τὼς τεχνίτας, ἢ μὴ παραγένονται οἱ τεχνῖται, ἐκδανειζέσθω, καὶ αἱ πεντήκοντα μναῖ, καὶ τὰ σιτηρέσια, ἄχροι (ſic) ἂν κατ' δυνάτον γένηται. ὡσαύτως δὲ καὶ εἴ τις λίποι τὸν ἀγῶνα τῶν τεχνίταν, ἐκδανειζέσθω (ſic) καὶ τὸ λειφθὲν ἀργύριον καὶ ὑπαρχέτω εἰς τὰν τῶν τεχνίταν μίσθωσιν. αἰ δὲ κατὰ διόρθωσις τῶν νόμων γίνηται, ταξάντων οἱ διορθωτῆρες εἰς τοὺς νόμως, καθὼς κατὰ δὴ τὸ ἀργύριον χειρίζεσθαι. τὰ δὲ λοιπὰ πάντα γινέσθω ὡς κατ' δοκῆ βωλᾶ, καὶ ἁλίᾳ. . . . . καθὼς ἔχουσι. γινέσθω δὲ μηθ' ἓν ὑπεναντίον τῷ δόγματι, μὴ δὲ τᾷ δόσει. τᾶς δὲ δόσιος καὶ τῶ γράμματος ἀντίγραφον ἀναγράψαι εἰς στάλαν λιθίναν, καὶ ἀναθέμενοι ποῖ κατ' δοκῆ προβώλοις, καὶ προδίκοις καλῶς ἔχειν. τὰς δὲ ἀναγραφὰς, καὶ ἀναθέσεις προβούλως μετὰ διοικητᾶ

jus dicatur omnibus prout ipſis in voto fuerit. Si quis vero ex hæredibus Ariſtomenis aut Pſyllæ, procurarit alios in uſus pecunias diverti, aut ipſe diverterit aliò; ne cedant ultra mulctæ ipſæ, neque pecuniæ, Ariſtomeni & Pſyllæ neque hæredibus eorum, ſed publica ſunto, atque in mercedem artificum deſtinentur, & fœnori tradantur cum alio argento, uti ſuperius ſancitum eſt. Quod ſi quid eorum ingruente bello perfici nequeat, neque miſerit civitas ad artifices, ſive iidem artifices non acceſſerint, in fœnus tradantur illæ quinquaginta minæ, atque annona, donec per temporis conditionem liceat priſtina repetere. Similiter agatur ſi quis artificum certamen reliquerit; tunc reſiduum argentum fœnori tradatur, & cedat in mercedem artificum. Quod ſi legum correctio & emendatio acceſſerit ſtatuant legum reſtauratores in ipſis legibus, quo pacto eadem ipſa pecunia adminiſtranda ſit. Reliquo vero pro voluntate ſenatus & confeſſus ſtatuantur, quemadmodum geri oportet. Nihil vero decreto huic contrarium admittatur neque donationi. Atque exemplum ejuſdem donationis ac decreti deſcribatur in cippo lapideo & reponatur quo loco ſenatus principibus & defenſoribus viſum fuerit expedire. Deſcriptionem autem cippi & repoſitionem in congruenti loco, prin-

Digitized by Google

cipes ſenatus cum adminiſtratore & architecto recte procurent. Sumtum autem deſcriptum penuario damus.

ϗ ἀρχιτέκτονος τὰν ἐπιμέλειαν ποιήσασθαι. τὸ δὲ γεγραμμένον ἀνάλωμα ταμίᾳ δόμεν.

Prolixiori huic, & præclariſſimæ Inſcriptioni coronidem primum impoſuit Montfauconius exhibito numiſmate, in cujus facie legitur nomen Ariſtomenis, in averſa parte Κορκυραίων cum navi; deinde alias viginti quatuor multo breviores pariter ex Apoſtoli Zeni dono ſocias fecit, quæ huc non faciunt. Unam tantum ex ipſis in medium afferam, expurgatam mendis illis, quibus apud Montfauconium ſcatet, ex Cyriaco Anconitano, & præterea ex Holſtenio in Not. & Caſtigat. ad Steph. verbo Σχερία. Ea utrobique ita ſe habet; niſi quod pedem unum, quem in primo verſu deeſſe nec Cyriacus, nec Holſtenius animadverterunt, ipſe ſupplevi, implevique lacunam, quæ in ſexto verſu apparebat, atque aliis locis, neceſſitate cogente, manum medicam leviter adhibui:

ΒΑΣΙΛΕΙΔΗΣ ΕΤΩΝ ΚΓ

Πυνθανέαι τίς ϗ ἐφύλευ, ξένε, τίς κ' ἐγενήθευ;
Ω παροδῖτα μάθε, ςὰς ὀλίγον πρὸ τάφων.
Γεννᾷ μὲν Γλαῦκος με πατὴρ, τίκτει δέ με μήτηρ
Χρυσογόνη, ϗ μευ δύσμορος οὐκ ὄνατο.
Τῆλοθι γὰρ πάτρης Βειθυνίδος ὤλεσα θυμὸν,
Ναυτιλίῃ κενεῇ, νηΐ τ' ἐμῇ πίσυνος.
Κεῖμαι δ' ἐν Σχερίῃ παρὰ θεῖν' ἁλὸς ἠνεμόεσσαν
Τςαῖαν, λυγρὸν ἐμοὶ δερκόμενος πέλαγος.

Quæ ipſe, cum eorum verſio apud prædictos Auctores deſideretur, in hunc modum Latine transfero.

BA-

BASILIDES ANNOR. XXIII.

Quæris quis fuerim, quibus atque parentibus ortus?
Diſce, Hoſpes, paullum ſtans propius tumulos.
Glaucus me genuit, peperitque Chryſogona mater,
Ex me autem lucri nil retulit miſera.
Namque animum amiſi patria a Bithynide longe,
Nave mea incaſſum fretus, & artis ope.
In Scheria tandem ventoſi ad littora ponti
En jaceo, ſpectans triſte mihi pelagus.

Montfauconius vero ita vertit augurando:

Accipe, o nobilis, cujus nobilis tumulus ſit,
Viator, & viſo ſepulcro tranſeas.
Genuit me Glaucus pater, peperitque mater
Chryſogone Cleomedis; ſed nihil mihi profuit.
Procul enim patria Bythinia animum amiſi,
Nautica me Cygrene habet illuſtris.
Jaceo autem ad littus maris ventoſi
In extremis, mihique infelici pelagus adjacet.

Incredibilis prorſus Clariſs. Viri in Græcis literis peritia, atque ſagacitas ſanum ſenſum Inſcriptioni, in qua ȣδὲν ὑγιές, *nihil ſanum*, accomodavit. Oportet in illa interpretatione eum non Davum fuiſſe, ſed Oedipum; qualem profecto minime ſe exhibere voluit Epitomator Athenæi, qui cum in quoddam vetus Epigramma incidiſſet, & ipſum ad Nautam ſpectans, mendis omnino deforme, ab illo exſcribendo abſtinuit; ȣ μετέγραψα, inquit, ingenue confeſſus, ſe in illis verſiculis non multum intelligere. Ita Caſaub. Anim. in Athen. lib. VII. cap. XIX. Tam acutam Montfauconii perſpicientiam, atque ſolertiam in exponen-

ponendis verbis, ubi nulla, aut prorſus evanida veræ lectionis veſtigia, Lector multo magis admiretur, quam Interpretem latuiſſe, Inſcriptionem illam alibi abſque mendis editam fuiſſe. Ea Inſcriptio in Corcyræ inſula reperta haud parum conducit ad abſtergendam labem illam, qua ab aliquibus notatum reperimus Cyriacum Anconitanum, perinde ac ſi ſuo marte Inſcriptiones, quas affert, velut alter Annius Viterbienſis, confinxiſſet.

Alterius Epigrammatis mentionem fieri putat Montfauconius in decima nona ex illis viginti quatuor Inſcriptionibus; aitque, illud excidiſſe. In eo lapide, Hadriano Imperatori dedicato, hæc leguntur: ἡ πόλις τῶν Ἀβεατῶν καὶ τὸ τῶν Ἀχαιῶν δόγμα ἀνέθηκε ἐπίγραμμα. Veroſimilius reputarem, epigramma ibi memoratum eſſe ipſam inſcriptionem, poſitam in honorem Hadriani a populo Abeatum; ſiquidem ἐπίγραμμα vox eſt, quæ idem ſonat ac ἐπιγραφή, ſeu *inſcriptio*, & promiſcue utraque in veteribus lapidibus adhibetur. Quin apud Pauſaniam frequentiſſime occurrit phraſis, ἀνέθηκεν ἐπίγραμμα, quæ nil aliud ſignificat, niſi *titulum*, ſeu *inſcriptionem poſuit*. Strabo lib. IX. & Athen. lib. X. laudant Philochori Athenienſis librum περὶ τῶν κατὰ πόλεις ἐπιγραμμάτων, *de Inſcriptionibus, quæ per urbes* Græciæ *viſuntur*; nec non Ælianus var. Hiſtor. lib. VIII. c. IV. reprehendit Poliarchi luxuriam, qui canibus etiam, & gallinis, quibus fuerat delectatus, ſepulchrales columnas erigebat, atque in iis ἐπιγράμματα incidebat. Exemplum hujuſcemodi epigrammatis, columellæ

mellæ inſculpti, exhibet Theophraſtus Charact. c. XXII. Κλάδος Μελιταῖος, *Surculus Melitenſis*; qua Inſcriptione homo inepte ambitioſus mortuum catellum honoravit. Pariter a Montfauconio diſſentio, dum, nominatam in ea Inſcriptione, urbem Abeatum ſtatuit in Achaja, non vero in Meſſeniæ littore, quemadmodum facit Ptolomæus, aliique Geographi. Pauſanias quoque in Meſſen. qui præterea notat, eam ſua ætate vocatam fuiſſe Ἰρην (ut vocata reperitur a Strabone lib. VIII.) unamque eſſe ex ſeptem civitatibus Achilli oblatis ab Agamemnone. Verum quidem eſt, veteres Latinos Scriptores Achajæ nomine non ſolum Achajam proprie dictam, ſed univerſam Græciam, ſeu majorem ejus partem, quæ Hellas dicebatur, complexos fuiſſe; at credi non debet, accuratum Criticum, Abeatum ſedes figentem, Achajam generice dictam, non vero Achajam provinciam, reſpicere debuiſſe. Nemo ſibi ægre perſuadebit, offendiculo Viro doctiſſimo fuiſſe verba illa Inſcriptionis, κατὰ τὸ τῶν Ἀχαιῶν δόγμα. Aliud autem eſt, Abeates lapidem illum ſacraſſe Hadriano *juxta Achæorum decretum*; aliud, eorum civitatem eſſe in Achaja ſitam. De Concilio Achaico, & quomodo quamplures Græciæ civitates, quæ in ejus cenſum venerant, in commune ibi conſulerent, leges ferrent, lites dirimerent, bella decernerent, pervulgatior res eſt, quam ut ullis indigeat commentariis.

Voluiſſem utique in hoc libello non alia, quam honoris, cauſa nominare V. Cl. Bernardum Montfauconium, cujus immenſam doctrinam vel a teneris

unguiculis immenſa proſecutum me fuiſſe veneratione profiteor. Ille ſiquidem Florentiam adveniens anno 1700. & in Abbatia, ubi ego morabar, per duos menſes verſatus, totidemque anno 1701. incredibile eſt, quam vehementer animum meum ad navandam ſeverioribus ſtudiis operam incenderit, additis (ut dici ſolet) calcaribus currenti; cumque poſt decem annos eorumdem ſtudiorum cauſa Lutetiam acceſſiſſem, incredibile pariter eſt, quam ampla mihi patuerit occaſio in iiſdem, ipſomet hortatore, & magiſtro, proficiendi; namque per duos, & amplius annos, quos in Gallia tranſegi, quotidiana, imo omnium horarum cum tanto Viro conſuetudo mea voluptas, meæ deliciæ fuerunt. Si quæ igitur (& ea quidem minima) in Montfauconianis dictis adnotanda cenſui, ſciat unuſquiſque, me haud propterea ignorare, quid ſit, ſuo ſe pede, ac modulo metiri.

Viro huic excellenti (ut hoc etiam addam) præſertim debetur, quidquid prophanæ antiquitatis, ac mythologicæ eruditionis in hoc libello Lector deprehendet. Is enim, ſi quis alius, a primis illis annis mihi inculcabat, ea ſtudia ad ſacrarum rerum cognitionem parandam, Græcoſque Patres intelligendos cum neceſſaria eſſe, tum opportuna. A qua ipſa ſententia Virum Doctiſſimum multa cum voluptate reperio veluti auſpicatum fuiſſe magnum Opus, in quindecim Volumina diſtributum, ab antiquariæ rei ſtudioſis auro contra æſtimandum; qua ratione pariter æſtimanda veniet *Bibliotheca Bibliothecarum*, quam his ipſis diebus, quibus hæc ſcribo, eumdem evulgaſſe, ejus me literæ docuerunt.

CA-

CAPUT XXIII.

Corcyræorum Nummorum explicationes, quæ a Marmora afferuntur, prorſus ridiculæ. Nummus M. Antonii, & Octaviæ cuſus Corcyræ non pro illorum nuptiis ibi celebratis, ſed pro eorumdem acceſſu ad eam inſulam. De hoc acceſſu certi reddimur ex Dione. Laurus, qua M. Antonius in eo nummo coronatur, forte refertur ad triumphum actum Alexandriæ. Nummus Germanici Cæſaris. Honores habiti Agrippinæ ejus conjugi a Corcyræis, quos Marmora deſcribit, Taciti teſtimonio refelluntur. De aliis Nummis Imperialibus a Marmora allatis. Ariſtotelis fuga in Corcyram omnino commentitia. Lectio Κέρκυρα, *& lectio* Κόρκυρα, *utraque genuina, adverſus Spanhemii ſententiam; ſicuti & lectio* τὰ Κέρκυρα.

A veteribus Inſcriptionibus ad veteres Nummos tranſitum facimus, eos nimirum, quos in Hiſt. Corcyr. protulit Andr. Marmora, cujus propterea diligentiæ aliquid ſe debere ſi Eruditi Antiquarii profiteantur, nihil certe debent traditis a Marmora explicationibus, quas ſi dixero hominem eruditionis, ac Græcæ linguæ prorſus imperitum demonſtrare, verum dixero, ut ea, quæ ſequuntur, apertiſſime evincent.

Nomina propria ΝΙΚΑΝΩΡ, ΦΙΛΩΝ, & ΦΙ-

ΦΙΛΩΝΙΔΑΣ cum frequenter in Corcyræis Numiſmatibus deprenderet Marmora, conjuncta voci ΚΟΡΚΥΡΑΙΩΝ, ea ita ubique interpretatus eſt: *Corcira degli amici, Corcira vedeſti, Corcirei vittorioſi;* quæ profecto pura puta interpretationum ſunt monſtra, a nemine ſomnianda, niſi qui prima literarum elementa minime didicerit. Somniat præterea Corcyræorum Reges Cherſicratem primum, dein Alcmeum, & eorum icones in Nummis ſignatas: Nummum a Buthrotiis cum Pyrrhi effigie in illius Regis non honorem, ſed contumeliam cuſum fuiſſe: in honorem vero Alexandri, filii Pyrrhi, & Lanaſſæ, Nummum alium, in quo juvenile caput, leonina pelle contectum, ſine nomine apparet: in Apollionatum, in Dyrrachinorum, in Leucadiorum Nummis Corcyræos honoratos fuiſſe; quamvis horum nulla in illis legatur memoria, & nullum ſpectetur inſigne. Non aliud Andreæ Marmoræ vitio dediſſe videtur Jac. Spon in ſuo Itiner. Tom. III. niſi in allatis ab eodem Nummis vocem ΚΟΡΚΥΡΑΙΩΝ aliquando deſiderari; at nimis profecto indulgenter erga Marmoram. Parique erga eumdem indulgentia ſe geſſit Vir Cl. Anſelmus Bandurius, in Biblioth. Num. de Andr. Marmoræ Hiſtoria ſcribens: *His libris addita ſunt in quinque tabellis æneis Numiſmata ad ſexaginta in Corcyra cuſa, qua re cum de patria ſua bene, tum de Literatis non male meruit Marmora, tametſi in eorum deſcriptione a vero ſæpiuſcule aberraverit.*

Quin ſæpiſſime, atque præpoſtere omnino, ut cuivis patebit, ſeu Marmoræ librum dumtaxat inſpi-

ſpicienti, ſeu exhibita ſuperius ſpecimina conſideranti. Præterea quid magis ridiculum, quam ex parte averſa unius Numiſmatis Philippi Imperatoris, in qua Templum apparet, argumentari, Corcyræos eum Imperatorem pro Chriſtiano habuiſſe? & ex alio Numiſmate Conſtantini M. Imperatoris, in quo mulier cum palma repræſentatur, inferre, jam ab eo tempore Corcyram Virginem, & Martyrem in honore habitam fuiſſe? perinde ac ſi nullum umquam apud Ethnicos locum habuiſſent ſeu Templa, ſeu Palmæ.

Nimius eſſem, ſi ſingulos Nummos, a Marmora allatos, diſcutiendos ſuſciperem, & quæ ille in eorum explanatione peccavit, adnotarem. Imperiales, ſeu Auguſtorum incipiunt a Nummo, in quo M. Antonii, & Octaviæ icones ſimul conjunguntur, & in averſa parte Corcyræorum nomen exprimitur hoc pacto M. ΑΝΤΩΝΙΟΣ ΟΚΤΑΒΤΑ ΚΟΡΚΤΡΑΙΩΝ. Refert Marmora hoc Numiſma ad nuptias Antonii cum Octavia, quas Corcyræ contigiſſe ſcribit ex Xiphilino in Dionis Epitome; at ex Xiphilini textu id minime arguitur, & præterea adeſt textus ſatis apertus Plutarchi in Vit. M. Anton. de iiſdem nuptiis Romæ firmatis, pariter in Appiano de bel. Civil. lib. v. Hujus Numiſmatis, in Muſæo etiam Fucoltiano exſtantis, habemus diligentem explanationem in Tom. III. libri *Hiſtoire de l'Acad. Royale des Inſcr. & bel. let.* pag. 210. & ſeqq. ibique Antonius Galland recte animadvertit, Corcyræos, non mandante M. Antonio, ſed ſponte ſua eumdem cum Octavia cuſo Numiſmate honoraſſe; cum probabile ſit Antonium, trajicientem in

Græ-

Græciam, aliquo tempore cum Octavia Corcyræ ſubſtitiſſe. At non recte hæſitat quodammodo Clariſs. Auctor in aſſerendo M. Antonii & Octaviæ ad Corcyram acceſſu, ad Romanorum morem unice confugiens, qui, ex Italia in Græciam trajicientes, ad eam inſulam appellere ſolebant; nam præſto eſſe poterant eidem manifeſta Dionis, præſtantiſſimi Romanæ Hiſtoriæ Scriptoris, teſtimonia, quibus ipſe firmius, quam Romanorum conſuetudini, inniteretur. Etenim ad calcem lib. IL. hæc habet: Ἀμέλει καὶ τὴν Ὀκταουίαν αὐτὴν εὐθὺς ἐκ τῆς Κερκύρας ὁ Ἀντώνιος ἐς τὴν Ἰταλίαν, ἵνα δὴ μὴ συγκινδυνεύσῃ οἱ τοῖς Πάρθοις πολεμοῦντι, ἀπέπεμψεν, *Octaviam quidem Antonius ſtatim a Corcyra in Italiam remiſit, ne ſui in Parthico bello periculi conſors ei foret.* Et lib. L. Antonium, ad Italiam curſum intendentem, Corcyram primum adveniſſe ſcribit. Non erat igitur, cur Plutarchi ſilentium Virum Cl. dubium redderet de re ex Dione omnino comperta. Dubium etiam ſe exhibet in aſſignanda cauſa, cur M. Antonii icon lauro coronata in eo Numiſmate repræſentetur, & conjecturam ſuam profert de victoria, ab eodem ſimul cum Auguſto adverſus Brutum, & Caſſium relata. At triumphus Alexandriæ a M. Antonio ſumma pompa actus, exiguo tempore antequam Corcyram adiret, & ipſe diligentis Critici obtutum effugere minime debuiſſet. Verum quidem eſt, M. Antonium infenſo animo tunc temporis erga Octaviam fuiſſe, quin ipſam repudiaſſe; at non propterea a veriſimilitudinis ſpecie abhorret, Corcyræos, Octaviæ nomini

addi-

addictiſſimos, honores, quibus antea illam afficiebant, integros eidem etiam poſt libellum repudii ſervaſſe. Fuit fortaſſe Corcyræis idem ſenſus, ac Romanis, qui teſte Plut. in Vit. M. Ant. indigniſſime ferebant, Cleopatram Octaviæ a M. Antonio præferri, *καὶ μᾶλλον οἱ Κλεοπάτραν ἑωρακότες οὔτε κάλλει τῆς Οκταβίας, οὔτε ὥρᾳ διαφέρουσαν*, *& maxime hi, qui Cleopatram viderant, neque forma, neque ætatis flore Octaviæ præcellentem*. M. Antonium igitur, & Octaviam ſemel iterumque Corcyram adveniſſe, nulla adeſt dubitandi ratio; at magnopere dubitandum de illo in ea Inſula Octaviæ domicilio, quod eidem M. Antonium, dum Parthicum bellum gereret, literis ad eam datis, imperaſſe ſcribit Marmora; quandoquidem, ut prodit Plutarch. non Corcyræ ſed Athenis ab Antonio Cleopatra literas recepit, quibus ei injungebat, *αὐτόθι προσμένειν*, *ibi ſubſiſtere*, Athenis ſcilicet.

Poſt M. Antonii, & Octaviæ Numiſma ſequitur apud Marmoram Numiſma Germanici Cæſaris cum navi in parte averſa, & inſcriptione ΚΟΡΚΥΡΑΙΩΝ. Germanicum, ait ipſe, Claſſem in Corcyra refeciſſe, ibique aliquot diebus moratum a Corcyræis officiis omnibus excultum, & de rebus ſuæ gentis, Inſulæ Annalibus exhibitis, certiorem effectum fuiſſe; indeque illos eumdem ſibi conciliaſſe, recuperandæ libertatis patronum apud Tiberium. Maximis item honoribus, mox ſubdit idem Hiſtoricus, affectam fuiſſe ibidem, ejus conjugem, Agrippinam, quos fuſius deſcribit. At hæc nullo prorſus auctore, ac proinde

B b mo-

modo Oratorem, modo Poetam (utrumque inficete) potius quam ſincerum Hiſtoricum agens. Agrippinam non intermiſſa navigatione Corcyram inſulam advectam fuiſſe ſcribit Tacit. Ann. lib. III. initio, ibique violentam luctu, & neſciam tolerandi aliquot dies componendo animo inſumpſiſſe. Deinde ita proſequitur: *Interim adventu ejus audito, intimus quiſque amicorum, & plerique militares, ut quique ſub Germanico ſtipendia fecerant, multique etiam ignoti vicinis e municipiis, pars officium in principem rati, plures illos ſecuti, ruere ad oppidum Brundiſium; quod naviganti celerrimum fidiſſimumque adpulſu erat*. Poſtea ſubjicit, Agrippina e navi cum ferali urna, quam tenebat, egreſſa, mox virorum, fœminarumque planctus exauditos fuiſſe, & deinde Germanici cineres Tribunorum, Centurionumque humeris portatos, præcedentibus incomptis ſignis, verſis faſcibus; atque ita per diverſa oppida funerum ſolemnia proceſſiſſe, victimas atque aras Dis manibus, pro locorum opibus, fuiſſe ſtatutas, ſingulis per lacrymas, & conclamationes dolorem ſuum teſtantibus. Quæ in oppido Brunduſino, & in Italica Continenti contigiſſe tam diſertis verbis Tacitus affirmavit, bene, & naviter oportet eſſe mendacem, qui Corcyræ, ac Corcyræis tribui poſſe exiſtimaverit. De Germanici Statua Corcyræ reperta, præter Marmoram, mentionem fieri reperio ab Jac. Spon Itin. T. 1. qui eam Venetias translatam ſcribit, refertque T. 3. Inſcriptionem, quæ in ejus baſe legebatur, a Montfauconio quoque in Diario relatam. Conſulatus Germanici

nici, in ea memoratus, valde veroſimilem reddit ipſius opinionem, quod ſcilicet eidem erecta fuerit ea Statua a Corcyræis, dum in Orientem a Tiberio, poſt traditum ei Conſulatum, ablegatus Corcyram attigit, ac paulum ibi ſubſtitit, ut facile credi poteſt.

Reliquos Imperiales Nummos, qui a Marmora producuntur, ſilentio prætereo, cum nihil habeant ſingulare, deſintque ad illos Marmoræ commentationes. Solum adnoto, Scriptorem illum ſat confidenter more ſuo affirmare, priſcis illis Cæſaribus magno uſui fuiſſe in bellicis eorum expeditionibus, præſertim contra Parthos, naves Corcyræorum, eoſque ab illis modo laudes, modo præmia reportaſſe. Deſinunt iidem Nummi in Philippo, & in Conſtantino M. & quam ſolide, quam erudite de poſtremis hiſce duobus diſſerat Marmora, viſum eſt ſupra. Quotusquiſque eſt, qui facile modo judicare non poſſit, an *ſæpiuſcule* tantum Marmora a vero aberraverit in eorum Numiſmatum explanatione? an in Nummis ab eo allatis id ſolum negotii faceſſere valeat (ut Jacobus Spon indicavit) quod ΚΟΡΚΥΡΑΙΩΝ vox aliquando in iis deſideretur? an Hiſtoria ejuſdem (ut teſtatum vidimus a Gronovio) elaborato opere fuerit conſcripta? Si locos omnes, in quibus Marmora ab hiſtoricæ veritatis norma deflexit, libellus hic adnotaſſet, grandis profecto voluminis formam accepiſſet. Unum tamen ex illis omiſiſſe fere pœnitet, eum ſcilicet, in quo multa habet de Ariſtotelis, poſtquam impietatis crimine ab Athenienſibus notatus fuiſſet, ad Corcyram inſulam fuga, fixoque in ea domicilio,

cujus tanta ipſum ceperit oblectatio, ut eo hortante Alexander Macedo, jam a patre ſuo Philippo ob repudiatam Olympiadem abalienatus, ſpectandæ Inſulæ cauſa eo diverterit, magnifice a Corcyræis exceptus publico ſumptu. Ariſtotelem, & Alexandrum Corcyram umquam inviſiſſe (confidenter aſſero) nec unius Scriptoris teſtimonio Marmora confirmabit, & præterea notiſſima ſunt Laertii, Æliani, aliorumque ſatis obvia teſtimonia, quibus docemur, Ariſtotelem accuſationem illam ſubjiſſe poſt exceſſum Alexandri, tuncque Chalcidem, primariam Euboeæ urbem, aufugiſſe, atque ibi ſeu potato aconito, ſeu ex morbo fatis ceſſiſſe.

Hiſtoriam Marmoræ, teſtatur Gallandius loco citato, in Gallia raram fuiſſe, æque ac ipſa Numiſmata. Eam ſe minime vidiſſe, aſſerit Ezech. Spanhemius ad Hymn. in Del. ubi ſubdit ſe augurari, Marmoram in eadem ſuæ ſententiæ fautorem fuiſſe adverſus lectionem Κέρκυρα & Κερκυραῖος pro lectione Κόρκυρα & Κορκυραῖος, quam conſtanter præferunt Numiſmata. De hac re unico verbo mentem ſuam aperit Marmora, ſat ſane pag. 2. affirmans, *Inſulæ* nomen apud Veteres promiſcue tam per ε quam per ο deſignari; at plura nos ſuo loco, quibus addimus, rationem a nobis ſuſceptam pro retinenda tam Numiſmatum, quam veterum codicum lectione, ſolidiorem nobis viſam eſſe, poſtquam ad calcem Editionis Lipſienſis Pauſaniæ adnotatas invenimus a Frid. Sylburgio quamplures ſcripturæ diverſitates in locorum nomine efferendo, quas conſuetudini unice tribuendas

das Vir Doctus minime dubitat. Nonne & ipſa vernacula idiomata exhibent nobis ſexcenta hujuſce generis exempla (dicitur enim *Venezia* & *Vinegia*, *Firenze* & *Fiorenza*) nec propterea Eruditis in mentem venit, uni, ſeu alteri ex illis lectionibus bellum indicere? Quid vetat opinari, vocem Κόρκυρα unum fuiſſe ex Corcyræorum idiotiſmis, ſicque Numiſmata eam unice repræſentare, Κέρκυρα vero exterorum ſermone frequentius uſurpatam, ſicque in MSS. codicibus aut ſemper, aut fere ſemper apparere? In uno & altero ex eis Nummis apparent apud Marmoram literæ TA K K. quæ nil aliud ſignificant, quam τὰ Κέρκυρα, qua ratione Corcyræ nomen effertur in Notitiis Eccleſiaſticis, de quibus dictum eſt Cap. III. Num propterea hanc etiam lectionem, quod Numiſmatum teſtimonio firmetur, lectioni Κέρκυρα præferendam vellet Spanhemius?

Haud equidem abnuo, magni faciendam Ezech. Spanhemii, licet ſæpius in hoc libello notati, Philologiam, tantaque erga ipſum, ubi primum literis operam dare cœpi, admiratione tenebar, ut anno 1710. menſe Decembri, cum ex Batavia in Angliam peregrinationum mearum, quas Eruditionis cauſa ſuſceperam, curſu deducerer, nihil mihi jucundius futurum fuiſſet, quam tantum Virum, Londini tunc temporis agentem, de facie cognoſcere, ejuſque alloquio frui; quemadmodum nihil mihi triſtius fuit, ſtatim ac in Britanniam deſcendi, quam ejuſdem obitum, qui paucis dumtaxat hebdomadis appulſum illum meum præceſſerat, intelligere; eoque poſtea gra-
vius

vius dolui, quo certius ex doctorum Virorum, quibuſcum in ea Urbe per tres menſes familiariter vixi, teſtimoniis mihi conſtitit, Ezech. Spanhemium, quamvis ex regii Legati munere, quo fungebatur, graviſſimis occupationibus diſtineretur, ita literarios congreſſus uſque ad poſtrema ſua tempora adamaſſe, ut literis unice deditus videretur. Memini, id mihi præ ceteris teſtatos fuiſſe Cl. Bentlejum, quem frequenter adibam, & Cl. Nevvtonum, quem apud Bentlejum ſemel iterumque reperi; Nevvtonum, inquam, illum, qui ſi alicui Cœlum terræ miſcere viſus fuerit, quod ſphæram ludicram in cœleſtem converterit, nemo tamen diffitebitur, eumdem Mathematicos noſtrorum temporum prætergreſſum fuiſſe juxta illud,

A terris quantum Cœli patet altus hiatus.

Redeo ad Nummos a Marmora allatos, inter quos, ipſe valde mirari ſe ait, nullum reperiri, Corcyræ cuſum, in honorem Alexandri Severi, quamvis hic, adverſus Parthos proficiſcens, ad eam Inſulam appulerit, ibique ſubſtiterit, & ſe humanum Corcyræis exhibuerit, quos proinde ſocios habuit in illa expeditione. De hoc Severi Imperatoris in Corcyram adventu, & auxiliis e Corcyra deductis ſilent veteres Scriptores; at de Nummis in ejus honorem ibi percuſſis minime ſilet Jac. Spon Itin. T. I. quin ſcribit, ſe, dum Corcyræ moraretur, intellexiſſe, recens fuiſſe detectam in quodam foramine, cui lapis ſectilis inſidebat, maximam Imperialium Numiſmatum copiam, ac præſertim ex familia Severi, in quorum aver-

averſa cum Corcyræorum nomine navis ſpectabatur. Magis adhuc mirum mihi videtur, Marmoram minime compertam habuiſſe prælongam illam, ſuperiori Capite allatam, Inſcriptionem; quam adeo pretioſum Græcæ Antiquitatis monumentum Montfauconius reputavit, ut in Tomo v. Antiqu. Expl. pag. 5. Supplem. illam comparaverit cum duabus aliis celeberrimis, quæ in Marmoribus Oxonienſibus occurrunt; Pacta ſcilicet inter Smyrnam, & Magnetiam inita; & Chronica, ubi præcipuæ partes Hiſtoriæ deſcribuntur cum temporum notis: tribuſque iſtis Inſcriptionibus in exemplum allatis oſtenderit, per id generis documenta doceri nos aliquando multa certius, & accuratius, quam per ipſos Hiſtoriarum Scriptores. Utinam licuiſſet Viro Cl. eamdem defœcatiorem exhibere, ac propterea verſionem etiam magis ſinceram adornare; ſaltemque datum illi fuiſſet ad primas ejuſdem lineas animadvertere, non agi in ea de donatione facta *urbi Corcyræorum & Baccho in mercedem operariorum*, ſed de donatione facta *urbi Corcyræorum in mercedem hiſtrionum Bacchi*. Τεχνίτης hiſtrionem, ſeu actorem ſcenicum ſignificat aliquando, ut apud Latinos Artifex. Dionyſiaci Artifices, Διονυσιακοὶ τεχνῖται, memorari reperiuntur a Pol. l. III, c. 30. apud quem ejuſdem capitis initio ita conjunguntur ἀγωνοθέται & Ἀθλοθέται, ut clare indicetur, non gymnicorum tantum, ſed muſicorum etiam ludorum arbitros tam primo, quam ſecundo nomine venire; idque extra dubietatem poni animadverto ab Inſcriptione noſtra Corcyræa.

CA-

CAPUT XXIV.

Periander Corcyræ, æque ac Corintho imperat. Lycophronem filium in Corcyram amandat. Hunc Corcyræi interimunt, ne Periander ad ipſos accederet. Periander de Corcyræis ulciſcitur. Marmoræ figmenta. Corcyræorum aſtus in bello Græcorum adverſus Xerxem Perſarum Regem. Themiſtoclis in eos beneficia. Hujus brevis mora in Corcyra.

PRo ſuppoſititiis Corcyræ Regibus, quos Marmora, ut viſum eſt ſupra, in ſcenam induxit, Cherſicratem nimirum, & Alcmeum, veteres memoriæ exhibent nobis Periandrum. Certum eſt enim, Periandrum Cypſeli filium, quemadmodum Corintho, ita & Corcyræ imperitaſſe, id aperte teſtante Herodoto lib. III. dum ſcribit, Periandrum, cum ad ſuam voluntatem pertrahere non poſſet filium Lycophronem, hunc procul a ſe amandaſſe in Corcyram; ἐπεκράτεε γὰρ καὶ ταύτης, *nam & huic imperitabat*. Certum pariter eſt, eodem Hiſtorico teſte, Lycophronem a Corcyræis interfectum fuiſſe, quod negans ſe iturum Corinthum, quoad patrem ſupereſſe audiret, ipſi occaſionem præbuerit acceſſum in Corcyram decernendi, ut ibi ſedes figeret: καταινέσαντος δὲ ἐπὶ τούτοισι τοῦ παιδὸς, ὁ μὲν Περίανδρος ἐςέλλετο ἐς τὴν Κέρκυραν, ὁ δὲ παῖς οἱ ἐς τὴν Κόρινθον. μαθόντες δὲ οἱ Κερκυραῖοι τούτων ἕκαςα, ἵνα μή σφι Περίανδρος ἐς

ἐς τὴν χώρην ἀπίκηται, κτείνουσι τὸν νεηνίσκον. *Id approbante filio, Periander Corcyram ipſe veniebat, juvenis Corinthum. Hæc omnia edocti Corcyræi, ne ad ipſorum regionem Periander accederet, adoleſcentem interimunt*. Ita Herodotus, qui eodem loco, ſcilicet lib. III. ſumptam a Periandro de Corcyræis ultionem exponit, miſſos nimirum Sardes ad Halyattem trecentos pueros ex flore nobilitatis Corcyræorum, ut caſtrarentur, qui tamen in patriam omnes illæſi reducti ſunt ope Samiorum.

Conſtat itaque, Lycophronem apud Corcyræos hoſpitatum fuiſſe; at imperio apud ipſos potitum, Marmoræ figmentum eſt, quemadmodum & illud, a Marmora pariter affirmatum, Corcyræos, venientes in Samiorum ſubſidium adverſus Corinthios, eam de hiſce retuliſſe victoriam, ut Periander, in rabiem actus, vita propterea deceſſerit.

Qui adeo male hiſtoricum agit Andreas Marmora, haud diffiteor bonum ſe civem exhibere, dum in omni ſui Operis parte magnopere ſtudet patriæ gloriam, ac decus tueri. Itaque cum apud eumdem Herodotum lib. VII. inſimulentur Corcyræi, quod Xerxe cum immenſis copiis Græciam invadente, ipſi, contra communem hoſtem miſſis ſexaginta triremibus, nil aliud egerint, quam belli eventum ſpeculari, ut victori ſe conjungerent, Marmora factum excuſat. At Corcyræorum aſtum aperte demonſtrat Herodoti narratio, quæ hujuſmodi eſt: *οἱ δὲ παραυτίκα μὲν ὑπέσχοντο πέμπειν τε καὶ ἀμυνέειν, φράζοντες, ὡς οὔ σφι περιοπτέη ἐστὶ ἡ Ἑλλὰς ἀπολλυμένη (ἢν*

γὰρ σφαλῆ, σφεῖς γε ὐδὲν ἄλλο, ἢ δουλεύσουσι τῇ πρώτῃ τῶν ἡμερέων) ἀλλὰ τιμωρητέον εἴη ἐς τὸ δυνατώτατον. ὑπεκρίναντο μὲν ὅυτω ἐυπρόσωπα. ἐπεὶ δὲ ἔδει βοηθέειν, ἄλλα νοέοντες, ἐπλήρωσαν νέας ἑξήκοντα. μόγις δὲ ἀναχθέντες προσέμιξαν τῇ Πελοποννήσῳ, καὶ περὶ Πύλον, καὶ Ταίναρον γῆς τῆς Λακεδαιμονίων ἀνεκώχευον τὰς νέας, καραδοκέοντες καὶ οὗτοι τὸν πόλεμον, ᾗ πεσέεται, ἀελπέοντες μὲν τοὺς Ελληνας ὑπερβαλέεσθαι, δοκέοντες δὲ τὸν Πέρσην, καταχρατήσαντα πολλὸν, ἄρξειν πάσης τῆς Ελλάδος. *Hi vero* (Corcyræi) *polliciti ſunt confeſtim ſe auxilia miſſuros, ac præſidio futuros, negantes ſibi Græciam pereuntem negle*ct*ui habendam: quæ ſi collaberetur, nihil aliud ſibi ſupereſſe, quam ut primo quoque die ſervirent, ideoque ſibi, quoad maxime poſſent, illam eſſe adjuvandam. Hæc illi aſpe*ct*u ſpecioſa reſponderunt, at ubi ferre opem oportuit, aliud habentes in animo, ſexaginta naves inſtruxere, ægreque in altum eve*ct*i, Peloponneſo applicuere, ac circa Pylon, ac Tænaron oræ Lacedæmoniorum naves in ſalo ſtatuerunt, obſervantes & ipſi bellum, quo caderet, deſperantes quidem fore, ut Græci ſuperarent, ſed opinantes Perſam multo ſuperiorem univerſæ Græciæ imperaturum*. Subdit poſtea Hiſtoricus excuſationem, quam ad Græcos paraverant, quaque uſi ſunt Corcyræi, nimirum πληρῶσαι μὲν ἑξήκοντα τριήρεας, ὑπὸ δὲ ἐτησιέων ἀνέμων ὑπερβαλέειν Μαλέην ὀυχ ὁιοί τε γενέσθαι, ὅυτω ὀυκ ἀπικέσθαι ἐς Σαλαμῖνα, *Sexaginta ſe triremes armaviſſe, ſed per ventos Eteſias ſuperare Maleam ſe nequiſſe, atque ita ad Salaminem non veniſſe;* nec non orationem, quam ad Perſam victorem eſſent

habi-

habituri, videlicet: Ω Βασιλεῦ, ἡμεῖς, παραλαμβανόντων τῶν Ἑλλήνων ἡμέας ἐς τὸν πόλεμον τοῦτον, ἔχοντες δύναμιν οὐκ ἐλαχίστην, οὐδὲ νέας ἐλαχίστας παρασχόντες ἂν, ἀλλὰ πλείστας, μετά γε Αθηναίους, οὐκ ἐθελήσαμέν τοι ἐναντιοῦσθαι, οὐδέ τι ἀποθύμιον ποιῆσαι. *Adſciſcentibus nos Græcis ad hoc bellum, o Rex, qui copias habemus non ſane minimas, & naves præbemus non minimas, ſed plurimas ſecundum Athenienſes, tamen adverſus te ire noluimus, aut quippiam tibi ingratum facere.*

Ea vafrities adeo inviſam Græcis, qui adverſus Xerxem pugnaverant, reddidit Corcyram, ut de hac tollenda conſilium ab iis captum fuerit. At eoſdem Themiſtocles deterruit, *dicens quod ſi ita fieret, urbeſque, quæ a pugna abſtinuerunt, evertantur, majus inde detrimentum Græciæ obventurum, quam a Perſa ad eam ſubigendam properante.* Sic enim adnotatum reperio a Scholiaſta Thucydidis lib. 1. λέγων ὅτι εἰ τοῦτο γένηται, καὶ τὰς μὴ συμμαχούσας πόλεις ἀνέλωμεν, μεῖζον πάθος ἔσαι τῇ Ἑλλάδι, ἤπερ ὁ Πέρσας αὐτῆς κυριεύσας ἐπεξῆλθε.

Beneficium hoc, a Themiſtocle in Corcyræos collatum, effecit, ut ille patria per oſtraciſmum pulſus, poſtquam per varias Peloponneſi partes commeaſſet, exinde in Corcyram profugerit, *quod de Corcyræis benemeritus eſſet*, ὢν αὐτῶν εὐεργέτης, ut habet eodem loco Thucydides, qui mox ſubdit: δεδιέναι δὲ φασκόντων τῶν Κερκυραίων ἔχειν αὐτὸν, ὥσε Λακεδαιμονίοις καὶ Αθηναίοις ἀπέχθεσθαι, διακομίζεται ὑπ' αὐτῶν εἰς τὴν ἤπειρον τὴν καταντικρύ. *Sed cum illi di-*

cerent, ſe vereri, ne, ſi ipſum apud ſe retinerent, in Lacedæmoniorum, & Athenienſium odium, incurrerent, in oppoſitam continentem ab ipſis deducitur.

Alio beneficio a Themiſtocle affectos fuiſſe Corcyræos, prodit in ejus vita Plutarchus his verbis: γενόμενος γὰρ τῶν (Κερκυραίων) κριτὴς πρὸς τοὺς Κορινθίους ἐχόντων διαφορὰν, ἔλυσε τὴν ἔχθραν, εἴκοσι τάλαντα κρίνας τοὺς Κορινθίους καταβαλεῖν, καὶ λευκάδα κοινῇ νέμειν, ἀμφοτέρων ἄποικον. *Eorum enim* (Corcyræorum) *judex adhibitus pro finienda, quam cum Corinthiis habebant, controverſia, eorumdem ſimultatem compoſuit, Corinthiis ad viginti talenta ſolvenda damnatis, & Leucade utriſque in commune aſſignata, cum eo utrique coloniam deduxiſſent.* Coloniæ hujus Auctores Corcyræos fuiſſe, ſupra affirmavimus.

In fuga, quam ad Moloſſorum Regem Admetum capere e Corcyra adactus fuit Themiſtocles, conſentiunt Thucydides, Plutarchus, & Cornelius etiam Nepos in Themiſtoclis vita; at illius, quod eam civibus ſuis parum decoram agnoſceret, ne verbo quidem meminit Andreas Marmora: imo ut iiſdem magis magiſque gratificaretur, grati animi argumenta, quibus Themiſtocles a Corcyræis exceptus fuit, atque honeſtatus, adeo magnifice extollit, ut non ſolum tranquillas in ea Inſula ſedes fixiſſe, ſed regnum etiam Themiſtocles videatur, & quidem (ut Marmora nullo teſte affirmat) Athenienſibus nec leviter refragantibus. Longe verius quis affirmet, Marmoræ narrationes veritati paſſim refragari.

CA-

CAPUT ULTIMUM.

Prælium inter Corcyræos, & Corinthios Thucydidis verbis narratur. Corcyræi, relata inſigni victoria, maris imperium obtinent. Concio utriuſque populi apud Athenienſes. Horum ſocietas cum Corcyræis. Novo decertantes prælio, utrique victoriam ſibi adſciſcunt. Marmoræ narratio a Thucydidea perperam diſcedit. Corcyrææ ſeditiones. Concluſio Operis.

POST Periandri exceſſum, & Xerxiani belli turbinem, de quibus ſuperiori Capite, haud parum illuſtres Corcyræorum res fuerunt in eo diſſidio, quod Epidamni cauſa ipſos cum Corinthiis commiſiſſe, ſuo loco indicavimus, atque initium fuiſſe atrocis illius, & diuturni belli Peloponneſiaci, unde univerſa Græcia, in ſemetipſam pugnans, fere ad internecionem redacta eſt. Exortæ poſtea ſunt in ea Inſula acerbiſſimæ ſimultates, quarum culpa navalis ejus gloria penitus detrita eſt. Utrumque argumentum præſens Caput complectetur, Thucydide narrationis duce; quam ingredientes, Lectorem prius monemus, tam memorabile fuiſſe Corcyræorum bellum adverſus Corinthios, ut, teſte Dione in Tit. Veſp. inter cetera exhibita ab hoc Imperatore ſpectacula, inducti fuerint in Amphitheatro homines in navibus pugnantes, ὡς οἱ μὲν Κερκυραῖοι, οἱ δὲ Κορίνθιοι ὄντες, *ſimulantes hi Corcyræos, illi Corinthios.* Quam vero memo-

memorabiles fuerint Corcyræorum ſeditiones, parœmia, Κερκυραῖα μάςιξ, *Corcyræa ſcutica*, jam notum fecit; & forte ad divina, & humana omnia, Corcyræ per eaſdem ſuſque deque habita, ac proinde conceſſam maleficis impunitatem, referri debet alia parœmia, ab Euſtathio in Dionyſ. allata: Ἐλευϑέρα Κόρκυρα, χέζ' ὅπȣ ϑέλεις.

Æqua finiendi diſſidii ratione a Corcyræis propoſita, nimirum ſive Civitatum in Peloponneſo, de quibus inter utroſque conveniret, judicio, ſive Delphici Apollinis oraculo, οἱ δὲ Κορίνϑιοι ἀπεκρίναντο αὐτοῖς, ἢν τάς τε, ναῦς, ϗ τοὺς Βαρβάρȣς ἀπὸ Ἐπιδάμνου ἀπάγωσι, βȣλεύσεσϑαι. πρότερον δὲ ȣ̓ καλῶς ἔχειν, τȣ̀ς μὲν πολιορκεῖσθαι, ἑαυτοὺς δὲ δικάζεσθαι. Κερκυραῖοι δὲ ἀντέλεγον, ἢν ϗ ἐκεῖνοι τοὺς ἐν Ἐπιδάμνῳ ἀπάγωσι, ποιήσειν ταῦτα. ἕτοιμοι δὲ εἶναι ϗ ὥς τε ἀμφοτέρȣς μένειν κατὰ χώραν, σπονδὰς δὲ ποιήσασθαι, ἕως ἂν ἡ δίκη γένη), *Corinthii vero ipſis ipſis reſponderunt, ſi naves, & Barbaros ab Epidamno abducerent, ſe conſultaturos. Nam ante rem non bene ſe habere, ſi illi quidem obſiderentur, ipſi vero judicio contenderent. Contra vero Corcyræi dicebant, ſe iſta facturos, ſi & illi abducerent eos, qui Epidamni erant; ſe etiam paratos eſſe, ut utrique loco manerent, fœduſque facerent, tantiſper dum judicium fieret*. Corinthiis nihil horum facere volentibus, quin Epidamnum verſus navigantibus cum ſeptuaginta, & quinque navibus, & duobus millibus gravis armaturæ militum, οἱ Κερκυραῖοι κήρυκά τε προέπεμψαν αὐτοῖς ἐν Ἀκτίῳ ἀπέροῦντα, μὴ πλεῖν ἐπί σφας, ϗ τὰς ναῦς ἅμα ἐπλήρȣν,

ζεύ-

ζεύξαντές τε τὰς παλαιὰς, ὥστε πλωΐμους εἶναι, καὶ τὰς ἄλλας ἐπισκευάσαντες. ὡς δὲ ὁ κήρυξ τε ἀπήγγειλεν οὐδὲν εἰρηναῖον παρὰ Κορινθίων, καὶ αἱ νῆες αὐτοῖς ἐπεπλήρωντο οὖσαι ὀγδοήκοντα (τεσσαράκοντα γὰρ Ἐπίδαμνον ἐπολιόρκουν) ἀντεναγόμενοι καὶ παραταξάμενοι ἐναυμάχησαν, καὶ ἐνίκησαν οἱ Κερκυραῖοι παραπολὺ, καὶ ναῦς πεντεκαίδεκα διέφθειραν τῶν Κορινθίων. τῇ δὲ αὐτῇ ἡμέρᾳ συνέβη καὶ τοὺς τὴν Ἐπίδαμνον πολιορκοῦντας παραστήσασθαι ὁμολογίᾳ, ὥστε τοὺς μὲν ἐπήλυδας ἀποδόσθαι, Κορινθίους δὲ δήσαντας ἔχειν, ἕως ἂν ἄλλό τι δόξῃ, *Corcyræi Caduceatorem ipſis ad Actium præmiſerunt, qui vetaret contra ſe navigare, ſimul etiam naves impleverunt, & vetuſtas junxerunt, ut navigationi aptæ eſſent, alias vero refecerunt. Sed poſtquam Caduceator nihil pacatum a Corinthiis renuntiavit, & ipſorum naves numero octoginta jam expletæ fuerunt (nam quadraginta Epidamnum obſidebant) obviam proceſſerunt, & acie inſtructa navalem pugnam commiſerunt. Et Corcyræi longe ſuperiores fuerunt, & XV. Corinthiorum naves profligarunt. Eodem autem die ipſis accidit, ut & illi, qui Epidamnum obſidebant, ad deditionem* Epidamnios *redigerent, ea conditione, ut peregrinos quidem venderent, Corinthios vero in vinculis ſervarent, donec aliquid alíud videretur.*

Adeo inſignis fuit hæc Corcyræorum victoria, ut, quemadmodum ſubdit Thucydides, ſtatuto ab ipſis trophæo in Leucimna Corcyræ promontorio, captiviſque, quos ceperant, interfectis, aſſervatiſque in vinculis Corinthiis, & Leucadiorum agro vaſtato, atque Eleorum navalibus incenſis, quod naves, pecuniaſ-

niaſque Corinthiis præbuiſſent, maris imperium ſibi adſciſcere viſi fuerint: *τοῦ τε χρόνου τὸ πλεῖστον μετὰ τὴν ναυμαχίαν ἐπεκράτουν τῆς θαλάσσης.*

At Corinthiis navalem expeditionem inſtaurantibus, pro qua remiges cum ex ipſa Peloponneſo, tum ex reliqua Græcia coegerunt, ac mercede ſollicitarunt, tanto audito apparatu, rebus ſuis timentes Corcyræi, qui cum nulla antea Græcorum Civitate fœdere erant conjuncti, Athenienſium auxilium implorarunt, quod & Corinthii fecerunt. Utriuſque populi concionem recitat Thucydides. Corcyræi in ſua concione id maxime, ut oportebat, contendunt, ſuam ſocietatem, atque amicitiam utilem, ac neceſſariam fore Athenienſibus, & propterea hæc habent: *Ναυτικόν τε κεκτήμεθα, πλὴν τοῦ παρ' ὑμῖν, πλεῖστον. καὶ σκέψασθε τίς εὐπραξία σπανιωτέρα, ἢ τίς τοῖς πολεμίοις λυπηροτέρα, εἰ ἣν ὑμεῖς ἂν πρὸ πολλῶν χρημάτων, καὶ χάριτος ἐτιμήσασθε δύναμιν ὑμῖν προσγενέσθαι, αὕτη πάρεστιν αὐτεπάγγελτος ἄνευ κινδύνου καὶ δαπάνης διδοῦσα ἑαυτήν. καὶ προσέτι φέρουσα ἐς μὲν τοὺς πολλοὺς, ἀρετήν, οἷς δὲ ἐπαμυνεῖτε, χάριν, ὑμῖν δ' αὐτοῖς ἰσχύν. ἃ ἐν τῷ παντὶ χρόνῳ ὀλίγοις δὴ ἅμα πάντα ξυνέβη. καὶ ὀλίγοι ξυμμαχίας δεόμενοι, οἷς ἐπικαλοῦνται, ἀσφάλειαν καὶ κόσμον οὐχ' ἧσσον διδόντες, ἢ ληψόμενοι παραγίγνονται. Claſſem autem, veſtra excepta, maximam habemus. Quare conſiderate, quænam rarior veſtræ proſperitatis occaſio, quæve hoſtibus triſtior eſſe poſſit, quam ſi potentia, quam vel multis pecuniis, magniſque beneficiis antepoſuiſſetis, ut eam vobis adjungeretis, ea adſit ſponte ſua, ſine periculo & ſumptu ſe ipſam tra-*

tradens: præterea apud multos quidem afferens gloriam, illis vero, quibus opem feretis, gratiam, & vobis ipſis potentiam; quæ omnia ex omni temporum memoria perpaucis ſimul contigerunt, paucique ſunt, qui, a quibus belli ſocietatem petunt, præſidium ac ornamentum majus daturi, quam accepturi veniant. Docent poſtea, quem uſum, & qua in re ſit allatura ſua ſocietas, & amicitia, in bello ſcilicet Peloponneſiaco, quod jam jam impendebat a Corinthiis, & quam utilius ſit προκαταβουλεύειν, quam ἀντεπιβουλεύειν, Corcyræis ſocietatem, quam petunt, obtinentibus: τὸν δὲ πόλεμον δι' ὅνπερ χρήσιμοι ἂν εἴημεν, εἴτις ὑμῶν μὴ οἴεται ἔσεσθαι, γνώμης ἁμαρτάνει, ϗ οὐκ αἰσθάνεται τοὺς Λακεδαιμονίους φόβῳ τῷ ὑμετέρῳ πολεμησείοντας, ϗ τοὺς Κορινθίους δυναμένους παρ' αὐτοῖς, ϗ ὑμῖν ἐχθροὺς ὄντας, ϗ προκαταλαμβάνοντας ἡμᾶς νῦν ἐς τὴν ὑμετέραν ἐπιχείρησιν, ἵνα μὴ κοινῷ ἔχθει κατ' αὐτοὺς μετ' ἀλλήλων στῶμεν, μηδὲ δυοῖν φθάσαι ἁμάρτωσιν, ἢ κακῶσαι ἡμᾶς, ἢ σφᾶς αὐτοὺς βεβαιώσασθαι. *Quod ſi quis veſtrum non putat bellum, in quo utiles eſſe poterimus, futurum, profecto fallitur opinione, nec videt, Lacedæmonios veſtræ potentiæ metu, belli gerendi cupidos eſſe, & Corinthios apud ipſos auctoritate valere, vobiſque inimicos eſſe, & dum nos primos nunc aggrediuntur, viam ſibi ad vos invadendos ſternere, ne communi odio in eos conſpiremus, neve priores alterutra ſpe ipſos fruſtremur, aut nos affligendi, aut ſe ipſos confirmandi.* Tandem afferentes, ſitam eſſe Corcyram in loco opportuno ad trajiciendum in Italiam, & Siciliam, ita ut nec inde claſſem contra Peloponneſios

venire ſinat, & eam, quæ hinc venit, in illa loca deducat, quin etiam aliis in rebus commoditates egregias habeat, his verbis concionem concludunt: τρία μὲν ὄντα λόγου ἄξια τοῖς Ἕλλησι ναυτικὰ, τὸ παρ' ὑμῖν καὶ τὸ ἡμέτερον, καὶ τὸ Κορινθίων, τούτων δ' εἰ περιόψεσθε τὰ δύο εἰς τὸ αὐτὸ ἐλθεῖν, καὶ Κορίνθιοι ἡμᾶς προκαταλήψονται, Κερκυραίοις τε καὶ Πελοποννησίοις ἅμα ναυμαχήσετε. δεξάμενοι δὲ ἡμᾶς, ἕξετε πρὸς αὐτοὺς πλείοσι ναυσὶ ταῖς ὑμετέραις ἀγωνίζεσθαι. *Cum enim Græcis tres ſint claſſes memoratu dignæ, veſtra, & noſtra, & Corinthiorum, ſi harum duas per veſtram negligentiam in unum coire permiſeritis, & Corinthii nos præoccuparint, cum Corcyræis, & Peloponneſiis ſimul navale bellum geretis. Sed ſi nos receperitis, majore veſtrarum navium numero, cum ipſis dimicare poteritis.*

Contra Corinthii periculum belli, de quo Corcyræi, nullum eſſe reſpondent, ſed bellum illud potius timendum affirmant, quod Athenienſes manebat, ſi Corcyræos in ſuam ſocietatem adſciviſſent. Amplificant beneficia a ſe in Athenienſes collata. Ajunt, ſacras eſſe oportere fœderum conditiones, quas ſi violarent Athenienſes, Corcyræis adverſus Corinthios ſocios auxilium ferentes, & ipſos Athenienſes a ſociis deſerendos. Potiſſimum vero Corinthii Oratoris ſtudium eo tendit, ut Corcyræos in invidiam rapiat ab eorum inſtitutis. Dixerat Corcyræus Orator, cives ſuos moderatione quadam ab aliorum ſocietate olim abhorruiſſe; at hoc ipſum non moderationem, ſed aſtum, ſed dolum malum, ſed improbitatem interpretatur Corinthius hoc pacto: Φασὶ δὲ,

ξυμ-

ξυμμαχίαν, διὰ τὸ σῶφρον, οὐδενός πω δέξασθαι. τὸ δὲ ἐπὶ κακουργίᾳ, καὶ οὐκ ἀρετῇ ἐπετήδευσαν, ξύμμαχόν τε οὐδένα βουλόμενοι πρὸς τ'ἀδικήματα, οὐδὲ μάρτυρα ἔχειν, οὔτε παρακαλοῦντες αἰσχύνεσθαι. καὶ ἡ πόλις αὐτῶν ἅμα αὐτάρκη θέσιν κειμένη παρέχει αὐτοὺς δικαστὰς ὧν βλάπτουσι τινὰς μᾶλλον, ἢ κατὰ συνθήκας γίγνεσθαι, διὰ τὸ ἥκιστα ἐπὶ τοὺς πέλας ἐκπλέοντας, μάλιστα τοὺς ἄλλους ἀνάγκῃ καταίροντας δέχεσθαι. κἀν τούτῳ τὸ εὐπρεπὲς ἄσπονδον, οὐχ ἵνα μὴ ξυναδικῶσιν ἑτέροις προβέβληνται, ἀλλ' ὅπως καταμόνας ἀδικῶσι, καὶ ὅπως ἐν ᾧ μὲν ἂν κρατῶσι, βιάζονται, οὗ δ' ἂν λάθωσι, πλέον ἔχωσιν. *Ajunt autem ſe modeſtiæ ſtudio nullius ſocietatem umquam recepiſſe. Illi vero hoc inſtitutum ſecuti ſunt maleficii, non autem virtutis ſtudio, quia nullum ſcelerum ſocium, nullumque teſtem habere, neque implorantes erubeſcere voluerunt. Simul etiam ipſorum urbs, quæ ſitu eſt appoſito, ipſos injuriarum, quas nonnullis faciunt, judices potius conſtituit, quam ut ex pacto fiant, quod ad alios rariſſime navigent, alios vero neceſſitate appellentes ſæpiſſime excipiant. Atque hac in re ſitum eſt illud decorum, quod prætendant, ſe ab aliorum ſocietate abhorruiſſe, non ut aliorum in ſceleribus perpetrandis ſocietatem fugerent, ſed ut ſoli ſcelera perpetrarent, utque, ubi quidem potentiores eſſent, vim facerent, ubi vero laterent, plus haberent.* Quæ autem de Epidamni controverſia, & de honore coloniæ impendendo, habentur in utraque concione, attulimus in ſuperioribus Capitibus.

Athenienſes poſt auditos Legatos decreverunt ſub-

ſidiariam cum Corcyræis ſocietatem facere, ut nimirum alteri alterorum ægro mutuam ferrent opem, ſi quis adverſus Corcyram, vel Athenas, vel eorum ſocios iret: *καὶ τὴν Κέρκυραν* (ait Thucyd.) *ἐβούλοντο, μὴ προέσθαι τοῖς Κορινθίοις, ναυτικὸν ἔχουσαν τοσοῦτον, ξυγκρούειν δὲ ὅτι μάλιστα αὐτοὺς ἀλλήλοις, ἵνα ἀσθενεστέροις οὖσιν ἐὰν τι δέῃ, Κορινθίοις τε καὶ τοῖς ἄλλοις ναυτικὸν ἔχουσιν, ἐς πόλεμον καθιστῶν). ἅμα δὲ τῆς τε Ἰταλίας, καὶ Σικελίας καλῶς ἐφαίνετο αὐτοῖς ἡ νῆσος ἐν παράπλῳ κεῖσθαι. Neque pati volebant, ut Corcyra, quæ tantam claſſem babebat, in Corintbiorum poteſtatem veniret, ſed eos quam maxime inter ſe collidere, ut cum invalidioribus (ſi quid opus eſſet) & Corintbiis, & aliis, qui claſſem babebant, bellum capeſſerent; ſimul etiam bæc Inſula ad trajiciendum in Italiam, & Siciliam in opportuno loco ſita ipſis videbatur.*

Miſerunt itaque decem naves auxilio Corcyræis, earum ducibus præcipientes, *μὴ ναυμαχεῖν Κορινθίοις, ἐὰν μὴ ἐπὶ Κέρκυραν πλέωσιν, καὶ μέλλωσιν ἀποβαίνειν, ἢ εἰς τὸ ἐκείνων τι χωρίον, Ne cum Corintbiis pugnarent, niſi contra Corcyram navigarent, & deſcendere vellent, aut contra aliquod ipſorum oppidum*. Corcyræi vero inſtruxerunt centum, & decem naves, & caſtrametati ſunt in una Inſularum, *αἳ καλοῦνται) Σύβοτα, quæ Sybota vocantur*, ac præterea peditatum habebant *ἐπὶ τῇ Λευκίμμῃ τῷ ἀκρωτηρίῳ, in Leucimna promontorio*, nimirum mille gravis armaturæ milites, quos Zacynthii ipſis ſuppeditaverant. Attamen longe validior erat claſſis Corinthiorum, qui Eleis, Me-

Digitized by Google

Megarenſibus, Leucadiis, Ambraciotis, & Anactoriis, ſibi conſociatis, centum quinquaginta naves paraverant.

Acerrime uſque ad noctem hinc inde pugnatum eſt (*ναυμαχία γὰρ ἄυτη Ελλησι πρὸς Ελληνας νεῶν πλήθει μεγίστη δὴ τῶν πρό αὐτῆς γεγένηται*), *Hoc enim navale prælium Græcorum cum Græcis commiſſum navium numero omnia ſuperiora longe ſuperavit*) victique, ac profligati jam erant Corcyræi, niſi conſpicati Corinthii viginti naves Athenienſium contra ſe navigantes, quas poſt illas decem priores miſerant Athenienſes, ac multo plures Athenis venire veriti, navibus averſis & ipſi abjiſſent. Ambigua itaque fuit victoria, ſicque Corinthii, domum redeuntes, in Sybotis, quæ ſunt in continenti, trophæum ſtatuerunt, & Corcyræi viciſſim: *τρόπαιον ἀντέστησαν ἐν τοῖς ἐν τῇ νήσῳ Συβότοις ὡς νενικηκότες*, *Trophæum in Sybotis, quæ ſunt in inſula, tamquam victores ſtatuerunt.*

Hæc omnia Thucydides, qui illico ſubdit: *αἰτία δὲ ἄυτη πρώτη ἐγένετο τοῦ πολέμου τοῖς Κορινθίοις ἐς Αθηναίους*, *Hæc autem fuit prima cauſa belli a Corinthiis contra Athenienſes ſuſcepti*, belli ſcilicet Peloponneſiaci, de quo ſuperius diximus, omnium, quotquot Græciam turbarunt, maxime & diuturnum, & atrox fuiſſe, erupitque ex Petavio Ration. Temp. P. 4. lib. 4. anno primo exeunte Olymp. 87. Pythodoro Archonte, verno tempore, ante Chriſt. 431.

Itidem bellum illud, ſuperius enarratum, prima cauſa fuit acerbiſſimarum ſimultatum, quæ Corcyræos ſubſecutis temporibus miſerum in modum di-

vexa-

Digitized by Google

vexarunt, humanaque omnia, & divina ſuſque deque in ea Inſula miſcuerunt, quæque a Thucydide lib. III. & lib. IV. fuſius referuntur, ubi legi poterunt. Sufficiet hic verba ejuſdem Hiſtorici afferre, quibus earumdem origo deſignatur, atque ea poſtea, quibus funeſtiſſimarum cladium narratio concluditur.

De Corcyræis, quos Corinthii in eo bello ceperunt, Thucyd. hæc habet lib. I. καὶ τῶν Κερκυραίων ὀκτακοσίους μὲν, οἳ ἦσαν δοῦλοι, ἀπέδοντο, πεντήκοντα δὲ καὶ διακοσίους δήσαντες ἐφύλαττον, καὶ ἐν θεραπείᾳ εἶχον πολλῇ, ὅπως αὐτοῖς τὴν Κέρκυραν ἀναχωρήσαντες προσποιήσειαν. *Et Corcyræorum octingentos, qui ſervi erant, vendiderunt, ducentos & quinquaginta vinctos aſſervarunt, eoſque diligenter ac officioſe curarunt, ut reverſi Corcyram eorum ditioni adjungerent.* Quoniam autem, ut mox ſubdit, eorum plerique ἐτύγχανον δυνάμει πρῶτοι ὄντες τῆς πόλεως, *potentia principes erant civitatis*, hi a Corinthiis dimiſſi, verbo quidem, talentis octingentis redempti, datis idoneis fidejuſſoribus hoſpitibus ſuis, re vero ipſa, gratis dimiſſi, ut Corcyram ad defectionem ab Athenienſibus faciendam impellerent, & in Corinthiorum poteſtatem redigerent, armis conati ſunt civitatis ſtatum evertere, atque eo ſævitiæ in eo tumultu progreſſum eſt, ut pater filium occideret, & homines a templis abſtraherentur, ſeu in iis muro circumſepti fame necarentur, ac demum omne facinorum genus perpetraretur tam a plebe adverſus primores, quam a primoribus adverſus plebem.

Vin-

Vincente autem plebe, primores, magno in carcere concluſi, cum tegulis & ſagittis intus peterentur, οἱ πολλοὶ σφᾶς αὐτοὺς διέφθειρον, οἰστούς τε, οὓς ἀφίεσαν ἐκεῖνοι, ἐς τὰς σφαγὰς καθιέντες, καὶ ἐκ κλινῶν τινῶν, αἳ ἔτυχον αὐτοῖς ἐνοῦσαι, τοῖς σπάρτοις, καὶ ἐκ τῶν ἱματίων παραιρήματα ποιοῦντες, ἀπαγχόμενοι, παντὶ τρόπῳ τὸ πολὺ τῆς νυκτὸς (ἐπεγένετο γὰρ νὺξ τῷ παθήματι) ἀναδοῦντες σφᾶς αὐτοὺς, καὶ βαλλόμενοι ὑπὸ τῶν ἄνω διεφθάρησαν. *Ipſorum multi ſibi manus violentas attulerunt, partim ſagittas ab hoſte miſſas jugulis imprimentes, partim lectorum ſuorum, qui illic ipſis erant, funibus, partim reſtibus, quas ex ſuis veſtibus a ſe laceratis fecerant, ſe ipſos ſtrangulantes, omni denique ratione magnam partem noctis (nox enim huic cladi intervenit) ſe ipſos laqueis ſuffocantes, & ab illis, qui in ſuperiore tecti parte ſtabant, telis petiti penitus perierunt.* Ita Thucid. lib. IV. ſtatim ſubjiciens: καὶ ἡ στάσις πολλὴ γενομένη ἐτελεύτησεν ἐς τοῦτο, *Hæc autem ſeditio, quæ magna fuit, hunc habuit exitum.*

Atque hic finis eſto hujuſce libelli, qui ne magnus evaderet, & argumenti (Corcyræ Primordia dumtaxat complectentis) & inita a me in ejus tractatione obſtitit ratio, qua videlicet magnopere cavi, ne facile parabiles ex alienis ſcriniis divitias Lectori etiam nolenti (quod quandoque contingit) obtruderem, ſed preſſius ſingula perſequens, fontes ipſos ubique inveſtigarem, ea mihi lege præſcripta, ut nihil (quoad fieri poſſet) niſi exhibitis tabulis, antiquiſſimis ſcilicet monumentis, aſſererem; nihilque in alio-

Digitized by Google

aliorum dictis reprehenderem, niſi facta ad eadem monumenta provocatione.

Demum religioni duco libellum claudere, quin Lectorem prius moneam, Corcyræ certis auctoribus me comperiſſe, Italicum quemdam Scriptorem, cum ad eam Inſulam divertiſſet, Andreæ Marmoræ in Hiſtoria Corcyrenſi conſignanda calamum commodaſſe, cujus culpa factum ſit, ut veteres memoriæ, quas ille ad hiſtoricæ veritatis normam fortaſſe congeſſerat, fabuloſi commentarii formam induerint. Alia præterea adeſt Marmoram excuſandi ratio, ſi videlicet Lectorem itidem moneam, tradi ab Jac. Spon Itin. T. III. Marmoræ in animo fuiſſe novam ſuæ Hiſtoriæ Editionem evulgare, in qua multa ſuppleret, multa emendaret.

INDEX CAPITUM.

CAPUT I.

DRepane, ſeu Drepanum antiquiſſimum Corcyræ nomen. Ita dicta non quidem ex fabuloſa falce illa, de qua Apollonius Rhodius, Lycophron, Heſiodus, horumque Scholiaſtæ, ſed ex terræ, quæ in falcis modum curvatur, figura. Pariter ex oblonga figura Macridis nomen accepit, non autem ex Macride Bacchi nutrice. Scheria vetus aliud Corcyræ nomen, cujus origo ex Ariſtotele, & aliis a verbo ἴσχειν, ſeu poetice χεῖν profluxit, ex Samuele autem Bocharto a Phœnicia voce Schara. Pag. 1

CAPUT II.

Uſitatius Inſulæ nomen Corcyra ex Corcyra puella a Neptuno vitiata. Samueli autem Bocharto ex Arabica voce Carcara. Corcyræ nomen in Homero reperiri, falſo tradit Joannes Harduinus. Lectio Κέρκυρα, quam pro ſuppoſititia habet Ezech. Spanhemius, omnino retinenda ceu genuina. Cercurum, & Cercura apud Plautum genus navis, veroſimiliter quales Corcyrææ. Lectio, καὶ ἡ κουρά, corrigenda in Heſychii Lexico. Montes, in quibus ſubſtitit Arca Noæ, licet a quibuſdam Corcyræi dicti, non in inſula Corcyræ, ſed in Armenia ſiti. Aliud Corcyræ nomen Κορυφώ, unde vulgare Corfù, cui nihil commune cum Corfinio. Corcyra Minor, ſeu Nigra veroſimiliter a Majoris incolis condita, ex nominis, & originis communione. Pag. 9

CAPUT III.

Phæax primus in Corcyra regnaſſe perhibetur. De hujus geſtis altum apud veteres Scriptores ſilentium. Quæ de eo tradit Andreas Marmora prorſus commentitia. Ab eo Phæacia, & Phæaces nomen acceperunt, quod Bochartus ex Arabica voce Phaich derivat. Φαιακίς unum ex Homericis Poematibus, a Tuticano Latine redditum, quod perperam ab Jo:

Alber. Fabricio cum Poemate Φωκαΐς *confunditur. Illud Poema forte non aliud, quam libri illi Odyſſeæ, ubi, quæ Ulyſſi in Phæacia contigerunt, narrantur. Fœde hallucinantur Scriptores cetera docti, qui vocem* Phæacia *pro recenti obtrudunt. Oaſis* Phæacia *apud Photium nominata, diverſa a noſtra Phæacia. Forte ad illam Homericum Phæacidis Poema ſpectabat.* Pag. 16

CAPUT IV.

Nauſithous Corcyræ princeps, Neptuni, & Periboeæ filius. Ex Homero, Phæacas ex Hyperea in Scheriam deduxit; ibique ſuaviſſimam vivendi rationem civibus ſuis paravit, ex Plutarcho. Phæaces a pluribus Scriptoribus indigenæ dicti. Hyllus, ex Herculis cum Melite concubitu in Phæacia procreatus, aliquando apud Nauſithoum habitavit, cujus poſtea faſtum averſatus, cum quibuſdam Phæacibus ſecum ductis ad mare Saturnium conſedit, ibique extinctus eſt. Hyllum regem nuſpiam legi, falſo aſſerit Jacobus Gronovius. Prædictæ puellæ nomen Philippo Cluverio anſam præbuit exiſtimandi, antiquiſſimam Phæacum ſedem Melitam inſulam fuiſſe, vulgo Malta. *Id ipſum arguit ex Melitejo monte in Phæacum regione commemorato. Varia de Hypereæ ſitu Veterum opinamenta. Mirum, Phæacas ab eodem Cluverio Gigantum familiæ adſcribi. Phæaciæ Hypereæ meminit Stephanus de Urbibus. Apud hunc* Argos *nomine donatur Corcyra, nec apud eum tantum, ut ſcribit Abrahamus Berchelius, ſed etiam apud Euſtathium Scholiaſtam. Neptuni adverſus Phæacas minæ.* Pag. 25

CAPUT V.

Rhexenor, & Alcinous filii Nauſithoi. Areta filia Rhexenoris, ſponſa Alcinoi. Locrus, alius Nauſithoi filius ex Conone apud Photium, Homero, aliiſque innominatus, cum Alcinoo diſſidens in Italiam adnavigavit, ubi a Latino rege hoſpitio exceptus, Laurinam hujus filiam in uxorem duxit. Ab Hercule interemptus, regioni nomen ſuum impoſuit. Nummus Corcyræos, & Metapontinos conjungens, Cononis narrationem confirmat. Argonautæ ad Corcyram appellunt. Colchi ad Me-

Medeam repetendam eos ſubſecuti Alcinoi judicio repelluntur, nec amplius Corcyram deferunt. De loco nuptiarum Medeæ variant veteres ſcriptores. Prædictum Alcinoi judicium Aretæ a nonnullis tribuitur. Plura Jac. Gronovii dicta caſtigantur. Jaſonis ad Corcyram adnavigatio in Naupactiis Carminibus commemorata. Pag 35

CAPUT VI.

Ulyſſis ad Corcyram appulſus. Fuſior de eo Homeri narratio ad Græcanicas archæologias dignoſcendas perutilis. Ex eo appulſu Argonauticæ expeditionis epocha eruitur, nec Scaligero, nec Petavio comperta. An Scheria, & Phæaces Homeri idem ſint cum Corcyra, & Corcyræis, in dubium a quibuſdam vocatur. Rationes dubitandi, prima, quod Homerus Phæacas in Scheria ſitos dicat, procul ab hominibus ingenioſis, *altera, quod eos dicat*, habitare extremos ſeorſum in undoſo mari, cum nemine commercium habentes, *tertia, quod Phæaciæ hortis fructuum perpetuitatem adſcribat, poſtrema, quod Phæacas Rhadamanti deductores faciat. Alia Homeri loca verum Scheriæ ſitum, eum ipſum, ubi modo jacet Corcyra, commonſtrant. Ratio Homericarum fabularum doctis etiam Viris parum comperta.* Pag. 47

CAPUT VII.

Urbis Corcyræ deſcriptio. Item regiarum ædium. Item hortorum Alcinoi. Paræmia, Alcinoi horti. *Alia*, Alcinoo poma dare. *Corcyra dicta* ἀμφιλαφὴς *ſeu ob ſoli ubertatem, ſeu ob duplicem portum. Tertium portum commemorat Scylax.* Pag. 60

CAPUT VIII.

Religio Phæacum. Jupiter Caſius ab eis cultus. Item Neptunus, cujus iram placarunt. Item Corcyra nympha. Pariter Mercurius, Minerva, Apollo, Bacchus, Tioneus, Janus. Pag. 67

CAPUT IX.

Regimen Phæacum ex monarchico, & ariſtocratico dominatu coaleſcebat. Areta non omnino expers imperii. Quomodo intelli-

telligendum Sceptrigeri reges, *de Phæacum primatibus di-ſtum.* Pag. 73

CAPUT X.

Phæacum humanitas erga hoſpites, quos ad ſua tecta deducebant. Exinde Neptunus illis infeſtus. Ea laus ad Inſulæ principes, non vero ad univerſam gentem ſpectabat, cui hoſpites parum accepti. Epitheton κακοξεινωτάτη, *in quibuſdam Callimachi codicibus MSS. Corcyræ tributum, a Spanhemio nimia confidentia in aliud oppoſitum commutatur. Ingenua Phæacum fidelitas.* Pag. 78

CAPUT XI.

Phæaces nauticæ artis peritia excellunt. Incredibilis eorum navium celeritas in Rhadamanthi primum, dein in Ulyſſis deductione. Eaſdem Homerus intelligentiæ etiam compotes facit. Phæacum nomina peritiam illam demonſtrant. Pag. 85

CAPUT XII.

Phæacum ludi, Curſus, Lucta, Saltus, Jactus, Pugilatus. In iis tres Alcinoi filii, Laodamas, Halius, & Clytoneus, reliquis præſtantiores. Saltationes apud Veteres magna in laude. Aliæ cum pila, aliæ ſine pila. Mirifice a Luciano commendantur. Pag 89

CAPUT XIII.

Phæacum menſæ adhibitus cantor Demodocus. Canit Ulyſſis, & Achillis contentionem, ac deinceps Trojæ excidium, Ulyſſe ad utramque cantilenam lacrymas fundente. Corcyra Demodoci patria, non autem Lacedæmon. Automedes, & Chæris item poetæ Corcyræi. Fabricius, & Meurſius caſtigantur. Poetas ante Homerum fuiſſe, colligit Cicero ex Demodoci carminibus. Hæc tamen credibile eſt Homerum ex poetica licentia effinxiſſe. Paterculi de Homero judicium. Pag. 97

CAPUT XIV.

Phæacum luxus in parœmiam abiit. Ex Alcinoi verbis orta ea infamia; item ex aliis Ulyſſis, apud eum cœnantis. Horum

Digitized by Google

lectio ab Eratoſthene apud Athenæum emendatur, parum apte, ut ſentit Caſaubonus. Ulyſſis dicta perperam Alcinoo tribuuntur. Didymi interpretatio præferenda. Menſa Alcinoi apud Nazianzenum. Phæacum commeſſationes in magnam noctis partem productæ. Hæ ab intemperantiæ nota vindicantur ex Athenæo, in cujus verſione frequentius ceſpitat Dalecampius. Vinum Corcyræorum, & eorum Cellæ vinariæ commendantur. Euſtathii de vita molli, & imbelli Phæacum interpretatio rejicitur. Pag. 104

CAPUT XV.

Phæaces pro hebetibus, & ſtultis in communibus proverbiis. Aliud adagium, Alcinoi apologi, *de longis, & anilibus fabulamentis. Juvenalis hac de re verſus. Narrationes Ulyſſis, magna a Phæacibus admiratione, & voluptate exceptæ, horum ruditatem minime comprobant. Ad illarum narrationum formam Cteſiæ, & Jambuli fabulas efformatas ſcribit Lucianus.* Alcinoi apologos *Perizonius de Alcinoi ſermonibus perperam interpretatur. Eo nomine Ulyſſis apud Alcinoum ſermones, quos Odyſſea quatuor libris complectitur, deſignantur. Ii libri* Alcinoi Apologi *inſcribuntur, quique eos præcedit, propterea quod eorumdem ſermonum præludium contineat. De Ulyſſis narrationibus Theophylactus in Proœmio Hiſtoriarum. Locus Ariſtotelis de Alcinoi apologis admodum obſcurus Parœmiographis explicatur, & emendatur ex Petro Victorio.* Pag. 114

CAPUT XVI.

Inter Phæaciarum mulierum exercitia aurigatio. Nauſicaæ aurigantis pictura in templo Junonis ex Pauſania. Alia in propylæo Minervæ ex Plinio, ubi lectio Hemionida *retinenda. Mularis vehiculi antiquitas. Nauſicaa cum ancillis veſtes lavat in flumine. Cur non in mari, quærit Plutarchus. Eædem pilæ ludo intentæ Nauſicaæ lavantis pictura in templo Themidis ex Pauſania Pilaris luſionis inventio Nauſicaæ tribuitur. Sophocles Nauſicaam pila ludentem exhibuit in ſcena. Inſignis hallucinatio Iſaaci Nevvtoni, Sphæræ inventionem Nauſicaæ tribuentis. In lana, & tela texenda Phæa-*

ciæ

ciæ mulieres admodum peritæ. Duo Homeri verſus crucem figunt Scholiaſtis. Pag 122

CAPUT XVII.

Nauſicaæ pudor vere virgineus. Injectum ſibi a Minerva in ſomnis, nuptiarum deſiderium patri ex modeſtia minime pandit. Item ex modeſtia Ulyſſi, in Urbem ingredienti, ſociari refugit. Votum, quo Ulyſſem ſibi in maritum optavit, quidam reprehendunt apud Plutarchum. Ab inverecundiæ labe vindicatur. Eximia Nauſicaæ forma. Nauſicaæ cum Diana comparatio. Homericos ea de re verſus improſpere imitari viſus Virgilius ex Gellio. Andreæ Marmoræ hiſtoria commentis referta. Alcinous Phæaciæ rex cum Alcinoo Platonico fœde confunditur in Indice Bibliothecæ Coisliniane. Index ille parum accuratus. Plutarchi locus de Phæacum pietate. Ob hanc ab Agathocle ſubſannantur. Pag. 131

CAPUT XVIII.

Æneæ ad Phæacias oras acceſſus. Apud Epirum ab Heleno hoſpitio ſuſcipitur. De Heleno Marmoræ commentum. Buthroti origo. Urbis ſitus a Theſauri Britannici deſcriptore fœde ignoratur. Æneæ naves, in nympharum ſpeciem converſæ, Ulyſſis ſcopulum lætæ conſpiciunt. De eo ſcopulo Procopii dubitatio. De κυνοκέφαλος denominatione, Corcyræ promontorio tributa, ejuſdem Procopii locus. Alius de inſulæ Calypſus poſitione. Pag. 142

CAPUT XIX.

Coloniam Corinthii in Corcyram deducunt. Liburni, & Colchi exinde pulſi. Cherſicrates ex genere, ſeu Heraclidarum, ſeu Bacchiadarum. Tempus deductæ coloniæ, ſexcenti anni poſt Trojæ excidium ex Timæo. Plura de hac Epocha. Pegaſus, Corinthiorum inſigne, itidem in Corcyræorum nummis expreſſus. Corcyræi Corinthiorum non minus cognati, quam coloni. De hujus coloniæ ratione uterque populus diſſentit apud Thucydidem. Veteris Corcyræ forma a Marmora ex ſuo cerebro delineata. Pag. 148

CA-

C A P U T XX.

Epidamnus, ſeu Dyrrachium colonia Corcyræorum. Colonia item Corinthiorum. De ea apud Thucididem utriuſque populi diſſidia. Itidem Apollonia tam Corcyræorum, quam Corinthiorum colonia. In quibusdam Dyrracchienſium, & Apolloniatum nummis iidem typi, qui in nummis Corcyræorum. Epocha utriuſque coloniæ. Corcyræis locus aſſignandus in elencho populorum, qui mari imperarunt. Leucas quoque, & Anactorium ad Corcyræos una cum Corinthiis pertinebant. De Locris Scholiaſtæ Theocriti locus. Corcyra major, ſeu Phæacia cum minore, ſeu nigra male confunditur in Hiſtoria Romana nuper Gallice edita, & ibidem Polybii narratio parum fideliter affertur. Pag. 157

C A P U T XXI.

Corcyræorum donaria. Porticus Corcyraica. Ptolichus pictor Corcyræus. Dodonæus lebes, Corcyræorum donarium. Proverbium, Corcyræa Scutica, *quid ſignificet. Eretrienſes, Corcyræ incolæ, inde expulſi.* Pag. 166

C A P U T XXII.

Inſcriptio Corcyræa ex Diario Italico Bernardi Montfauconii. Doricam præfert dialectum, juxta peculiarem Corcyræ idiotiſmum. Senſus ejuſdem in verſione Montfauconii obſcurus, quin vitiatus, explicatur. Uſura nautica maxime in uſu apud Corcyræos. Græcum Epigramma mendis reſperſum in eo Diario, & ineditum exiſtimatum, affertur ex Cyriaco Anconitano, & Holſtenio abſque iis mendis, & cum nova verſione. Epigramma, & Epigraphe pro eodem accipiuntur in veteribus lapidibus. Urbs Abeatum in Meſſenia ſita. Pag. 174

C A P U T XXIII.

Corcyræorum Nummorum explicationes, quæ a Marmora afferuntur, prorſus ridiculæ. Nummus M Antonii, & Octaviæ cuſus Corcyræ non pro illorum nuptiis ibi celebratis, ſed pro eorumdem acceſſu ad eam inſulam. De hoc acceſſu certi reddimur ex Dione. Laurus, qua M. Antonius in eo nummo coronatur, forte refertur ad triumphum actum Alexandriæ.

Num-

Digitized by Google

Nummus Germanici Cæſaris. Honores habiti Agrippinæ ejus conjugi a Corcyræis, quos Marmora deſcribit, Taciti teſtimonio refelluntur. De aliis Nummis Imperialibus a Marmora allatis. Ariſtotelis fuga in Corcyram omnino commentitia. Lectio Κέρκυρα, *& lectio* Κόρκυρα, *utraque genuina, adverſus Spanhemii ſententiam; ſicuti & lectio* τὰ Κέρκυρα. Pag. 189

CAPUT XXIV.

Periander Corcyræ, æque ac Corintho imperat. Lycophronem filium in Corcyram amandat. Hunc Corcyræi interimunt, ne Periander ad ipſos accederet. Periander de Corcyræis ulciſcitur. Marmoræ figmenta. Corcyræorum aſtus in bello Græcorum adverſus Xerxem Perſarum Regem. Themiſtoclis in eos beneficia. Hujus brevis mora in Corcyra. Pag. 200

CAPUT ULTIMUM.

Prælium inter Corcyræos, & Corinthios Thucydidis verbis narratur. Corcyræi, relata inſigni victoria, maris imperium obtinent. Concio utriuſque populi apud Athenienſes. Horum ſocietas cum Corcyræis Novo decertantes prælio, utrique victoriam ſibi adſciſcunt. Marmoræ narratio a Thucydidea perperam diſcedit. Corcyrææ ſeditiones. Concluſio Operis. Pag. 205.

FINIS.

Digitized by Google

ERRATA CORRIGE

Pag.	4.	lin.	23.	ἔλαβεν	ἔλλαβεν
	6.		10.	porru	portu
	11.		17.	Κόρκυρα	Κόρκυρα
	25.		25.	*μὲν*	*μὲν*
	36.		2.	*percuiſſit*	*percuſſit*
	76.		7.	*ſequetur*	*ſequitur*
	108.		14.	πράπεζαν	τράπεζαν
	109.		18.	ἐπὶ	ἐπεὶ
	120.			Ante-	Priuſ-
	124.		16.	ipſemet	ipſamet
	130.		24.	ἀτοβάλλων	ἀποβάλλειν
	Ibid.		27.	*pingues*	*molles*
	152.		6.	πεφροντικῶς	πεφροντικῶς
	168.		30.	τὴς	τῆς
	176.		18.	τάλαπων	ταλάντων
	199.		9.	Magnetiam	Magneſiam

NOI RIFORMATORI
DELLO STUDIO DI PADOVA.

AVendo veduto per la Fede di Reviſione, ed Approvazione del P.F. Tommaſo-Maria de Angelis Inquiſitore di Breſcia, nel Libro intitolato: ***Primordia Corcyræ &c.*** non v' eſſer coſa alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimente per Atteſtato del Segretario Noſtro, niente contro Principi, e buoni coſtumi, concedemo Licenza a Gian-Maria Rizzardi Stampatore in Breſcia, che poſſi eſſer ſtampato; oſſervando gli ordini in materia di Stampe, e preſentando le ſolite Copie alle Pubbliche Librarie di Venezia, e di Padova.

Dat. 13. Luglio 1738.

[*Gio: Franceſco Moroſini Kav. Rif.*
[*Pietro Grimani Proc. Rif.*
[

Agoſtino Gadaldini Segret.

Ff

Digitized by Google

APPENDIX

SACRA QUAEDAM


CORCYRAE PRIMORDIA

REPRAESENTANS

Scilicet recens initam rationem

AB AUCTORE SUPERIORIS LIBRI

Dum ejus Inſulæ Epiſcopatum gereret,
pro innocue retinenda, quæ ibi viget
inter Latinos & Græcos in Sacris
conſuetudine.



C O R C Y R A V R B S

Digitized by Google

TYPOGRAPHUS LECTORI.

MIratur quod modo Brixia in EMINENTISSIMO ANTISTITE SUO, id ipſum mirata eſt olim Corcyra, cum ejus Inſulæ ſacram gereret Præfecturam. Ita ſiquidem literas excolens genio ibi ſuo indulgebat, ut nihil propterea de Epiſcopali in regendo grege vigilantia remitteret. Quare Librum de PRIMORDIIS CORCYRÆ & ſucciſivis horis Sapientiſſimus AUCTOR in ea Inſula compoſuit, & ſucciſivis horis Brixiæ nuperrime recognovit, multiſque partibus adauxit.

Facient ad exhibitam ab Eo in gubernanda Corcyrenſi Sede ſolicitudinem ſatis clare demonſtrandam Documenta, quæ in unum ſtudioſe a me collecta offero in hac Appendice tibi, Lector, SACRA CORCYRÆ PRIMORDIA jure & merito appellanda, cum contineant (ut Viri harum rerum periti mihi affirmarunt) recens initam rationem, & viam ad retinendam innocue in ea Inſula conſuetudinem, quæ ibi viget Latinos inter, & Græcos ſacris in rebus.

Indi-

Digitized by Google

Indicem eorum Documentorum hic accipe:

I. Epiſtola Paſtoralis, qua Ipſe ad Corcyrenſem Sedem evectus Clerum, & Populum eſt allocutus.

II. Epiſtola, qua Summum Pontificem BENEDICTUM XIII. de regiminis ſui ratione certiorem reddidit.

III. Breve reſponſivuum ejuſdem Pontificis ad illam Epiſtolam.

IV. Literæ Sacræ Congregationis Tridentini Concilii Interpretis, & Vindicis, quibus ea regiminis ratio commendatur.

V. Epiſtola, qua BENEDICTO XIII. Enchiridium Græcorum, opus ſcilicet de Græcorum Dogmatibus, & Ritibus Decreta Romanorum Pontificum complectens, nuncupavit.

VI. Scriptum quoddam ab eodem Summo Pontifice BENEDICTO XIII. exaratum, quo Sanctiſſimus Pontifex Enchiridium illud, Beneventanis typis jamjam proditurum, Collectori gratulatur, & nonnulla indicat, ſcitu digna, de Græco Ritu in aliquibus Beneventanæ Provinciæ Diœceſibus obſervato.

VII. Epiſtola Paſtoralis, qua Brixianæ Eccleſiæ jam deſtinatus, Corcyrenſi valedixit.

Tandem duarum aliarum ad Brixianam Eccle-

Eccleſiam Epiſtolarum initia, in quibus nimirum ſuum erga Corcyrenſes amorem, occaſione capta, magis magiſque teſtatum facit.

Adeo autem verum eſt ex EMINENTISSIMI QUIRINI ſtudiis nihil detrimenti capere Epiſcopale ejus Officium, ut vix ad umbilicum perducta, quam damus, Editione, ſtatim ipſe parti Diœceſis ſacra Viſitatione luſtrandæ ſe accinxerit, tot tantoſque in ea labores ſubiturus, quot ſubire quotannis in more habuit, paucorum nimirum dierum ſpatio omnes ſacri illius muneris partes (ne Chriſtiana quidem puerorum Catecheſi excepta) adimplens, quibus menſis unus & alter vix ſufficere poſſe videretur; ac proinde eorumdem laborum pretio, quin neceſſariæ quietis, & aliquando etiam valetudinis impendio, luſtratas Parochias ab eo onere eximens, quod diuturnius Epiſcoporum in eiſdem domicilium importat.

AN-

Digitized by Google

MONITUM.

Paſtoralibus, quæ ſequuntur, Documentis præfiguntur binæ æreæ tabellæ ob oculos ponentes ſacras quaſdam cærimonias Corcyræ celebratas, de quibus pag. VI. hujus Appendicis; eæque deſumptæ ſunt ex totidem majoribus tabulis, Græco penicillo ibidem depictis, quas ab Archiepiſcopo Corcyrenſi ſibi oblatas, BENEDICTUS XIII. & magnopere gratas habuit, & in Vaticana Pinacotheca aſſervari juſſit, ubi & modo aſſervantur.


Ex tabula Græco penicillo Corcyræ depicta



Bis in anno Græcus Corcyræ Clerus ad Aulam Palatij Archiepi-scopalis sollemni pompa accedit, multosque annos Romano Ponti-fici Græcis cantilenis apprecatur, et ipsi Archiepiſcopo, a quo poſtea ge-nerosis vinis et bellarijſ donatur

Digitized by Google

Ex tabula Græco penicillo Corcyræ depicta



Anno MDCCXXIV. *die* XII. *Decembr. Archiepiscopus Corcyrensis Ecclesiam Græcam S. Spiridionis sollenni pompa Vrbano magiſtratu deducente (quod nemini ex Prædeceſſoribus suis contigerat) ingressus est, et Græco sermone panegyricam ad eum Orationem habuit Græcus Orator.*

Digitized by Google

Digitized by Google

ANGELUS MARIA QUIRINUS
DEI, ET APOSTOLICÆ SEDIS GRATIA
EX ABBATE BENEDICTINO-CASINENSI
ARCHIEPICOPUS CORCYRENSIS

Dilectiſſimo Clero, & Populo ſuo ſalutem in Domino.

Divinorum altitudo conſiliorum, dum Romæ ſacris literis, quas a prima juventute non vigiliis tantum, ac Scholaſticæ palæſtræ, cui præeſſe datum erat, exercitationibus, ſed inſuper aliquibus ultra montes itineribus, magna pro modulo noſtro cura excoluimus, unice intenti, ſtudia noſtra Romanæ Sedis ſervitio pluribus nominibus mancipata ita gauderemus, ut præ illa voluptate, delata Nobis in eo Monachorum cœtu, cui nomen dedimus, Abbatialis Præfectura parum arriſerit, quam proinde nondum adita poſſeſſione abdicavimus, Eo, inquam, tempore Divinorum conſiliorum altitudo, vel in minimis maxime admiranda, ad Epiſcopalem curam Nos evocans, non Roma tantum abduxit, ſed in eam tranſvexit regionem, quæ vaſto aquarum tractu ab Italiæ continenti ſejuncta, & ex communis Chriſtianorum hoſtis vicinia omni tempore ſolicita, ac propterea militiæ cum terreſtris, tum maritimæ ſtrepitu undique agitata, non quidem artium, ſtudiorumque, ſed armorum ſedes videatur. Quæ res animos noſtros, ſtatim

ac ejuſcemodi Electionis decretum innotuit, magnopere perculit, parumque abfuit, quin amaras illas querimonias uſurparemus, quibus Gregorium Nazianzenum traditum ſibi a Baſilio Magno Saſimorum Epiſcopatum amoliri ſtuduiſſe, memoria retinebamus. Eam mentis ægritudinem, atque perturbationem ad ſacros SUPREMI PONTIFICIS Pedes, ut primum illos exoſculari datum eſt, triſtes admodum adduximus, ac filiali reverentia aperuimus. Verum enimvero SANCTISSIMUS PATER propenſa admodum voluntate, ob ea ipſa ſtudia, quæ excolueramus, ac præſertim Græcæ linguæ intelligentiam, a ſe Corcyrenſem Eccleſiam Nobis committi ſignificans, ea dictorum efficacia jacentem animum erexit, atque confirmavit, ut illico in virum alterum commutati, non pavorem tantum, atque mæſtitiam omnem depulerimus, ſed præterea gaudio illo Nos perfuſos ſenſerimus, quod beatus Jacobus in Epiſtolæ ſuæ exordio Fratribus maxime commendavit, Omne gaudium, *inquiens*, exiſtimate, Fratres mei, cum in varias tentationes incideritis, ſcientes, quod probatio fidei veſtræ patientiam operatur; *cui concinit Pauli illud in priore ad Corinth. cap. X.* Fidelis autem Deus, qui non patietur vos tentari ſupra id, quod poteſtis, ſed faciet etiam cum tentatione proventum, ut poſſitis ſuſtinere.

De-

Digitized by Google

Demum e PONTIFICIS præſentia dimiſſi, ejuſdem Apoſtoli verba, dum Jeroſolimam tenderet, ac tribulationes, quæ eum ibi manerent, Fratribus illum ad navim deducentibus prædiceret, ceu Sacerdotali robore ex alto ſuperinduti, ſæpius ingeminavimus, Actorum cap. XX. recitata, Nihil horum vereor, nec facio animam meam pretioſiorem, quam me, dummodo conſummem curſum meum, & miniſterium verbi, quod accepi.

Hæc Vobis, Filii dilectiſſimi, Grex Dominice, quem Epiſcopatus noſtri cura complectitur, exponenda reputavimus, ut quo animo ad injunctum munus gerendum accedamus, intelligatis. Animo, inquam, utique alacri, ac omnino diſpoſito ad ea omnia obeunda, atque perferenda, quæ Paſtoralis ſolicitudinis ratio depoſcet. Interim Apoſtolicum illud monitum ad Rom. cap. XII. Vobis (quos circumſtat Græcorum copioſa multitudo *Act. XIV.) cumprimis commendamus,* Nulli malum pro malo reddentes, providentes bona non tantum coram Deo, ſed etiam coram hominibus. Si fieri poteſt, quod ex vobis eſt, cum omnibus hominibus pacem habentes.

ROMÆ, extra Portam Latinam, in ipſo Conſecrationis noſtræ die, Apoſtolo Andreæ ſacro, XXX. Menſis Novembris, Anno reparatæ ſalutis MDCCXXIII.

Digitized by Google

[IV.]

SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO

BENEDICTO PAPÆ XIII.

ANGELUS MARIA ARCHIEP. CORCYREN.

QUamvis SANCTITATI TUÆ opera Cardinalis Ptolomæi non multis ab hinc hebdomadis aperuerim, quam fauſta, quam auſpicata hujuſce mei primordia regiminis ſuperna benignitas efficiat, in eo præſertim negotio, quo nihil magis arduum, atque moleſtum Deceſſorum meorum querelæ comprobarunt, ea, inquam, conſuetudine, quam hic loci ex veteri more ſacris etiam in rebus cum Græcis retinemus; audeo tamen Pedes Tuos ipſemet adire, ibique literas haſce meas, ceu novum, ac luculentius ejuſdem rei teſtimonium, venerabundus collocare. Solicitudo omnium Eccleſiarum, in quam Romanæ Cathedræ divino prorſus conſilio præpoſitus, pro muneris Tui ratione ſtudioſiſſime incumbis, magna, qua Epiſcopalem gradum dignaris, æſtimatio, ſingularis Tua erga omnes facilitas, atque humanitas, negotii gravitas, denique memorati Cardinalis impulſus, veniam mihi, ut ſpero, impetrabunt,

ſi

Digitized by Google

ſi ad celſiſſimum Dignitatis Tuæ faſtigium recta accedere non dubito.

Equidem, BEATISSIME PATER, tam amplam in iſto cum Græcis negotio facit mihi Dominus miſericordiam, dum aſpera in vias planas convertit, ut regiminis hujus ſarcina, quam maximopere humeris nondum ſuppoſitis formidabam, ſuavis jam, & levis videatur. Quocirca alia etiam hujuſce Sedis incommoda, videlicet magna ab Italiæ continenti ſejunctio, perhorreſcenda Ottomanorum vicinia, imminens contagionis, cui Orientalis hæc regio maxime patet, periculum (quorum imago cum olim oculis meis oberraret, graviſſimo mœrore preſſus, valedicto Romanæ Sedis ſervitio, cui a multis annis ſtudia mea pluribus titulis mancipata mirifice gaudebam, huc appuli) ea, inquam, & alia hujuſce generis incommoda animum meum in præſentia non modo non conturbant, ſed ne leviter quidem afficiunt.

Certam itaque SANCTITATI VESTRÆ affirmo, Græcos hujus Inſulæ, quos Deceſſores mei adverſus dignitatem, ac poteſtatem ſuam, Latinique gregis commoda protervos admodum, atque feroces experiri viſi ſunt, modo, benedicente Domino, perinde ac ſi ingenium aliud induerint, non tantum ab ea protervia multum abeſſe, ſed obſervantiam erga me ſuam, ne dicam, morigerationem, apertioribus in dies argumentis declarare: quæ cujuſmodi ſint in lite-

ris

Digitized by Google

ris ad Cardinalem Ptolomæum fuſius deduxi. Inter quæ plurimi faciendum reputo, morem regnantis pro tempore Romani Pontificis laudes in aula Epiſcopii bis in anno decantandi longe ſolemnius, quam antea inſtauratum, cum illi celebritati magnus Græcorum Præſul intereſſe non amplius dedignetur.

Novum vero, ac prorſus ſingulare propenſæ erga me voluntatis documentum iidem Græci paucis ab hinc diebus exhibuerunt, dum ad primarium eorum Templum Sancto Spiridioni dicatum, non privatim, quemadmodum proximiores ex Deceſſoribus meis facere cogebantur, ſed publice, uti veteres plerique omnes, Græco ipſo Magiſtratu deducente, accedens, adeo honorifice exceptus ſum, perinde ac ſi ad Cathedralem meam Eccleſiam acceſſiſſem. Adfui ſiquidem ibi cum Cathedra, cum Throno, cum Cruce Archiepiſcopali erecta, dum Græcus Præſul exigua in ſede conſideret, ea ipſa, quam veteres Deceſſores mei occupantes, illius tantum loci honore contenti eſſe jubebantur. Nec defuit recitata ex ſuggeſtu a celebriore inter ipſos Oratore, Græco idiomate, Oratio, qua acceſſum illum meum mirifice celebrarunt.

Pro comperto habeo, BEATISSIME PATER, ipſe, atque una mecum quotquot in hac Inſula degunt, inſuetam hanc Græcorum erga Latinum Antiſtitem obſervantiam, poſt Deum Optimum Maximum, primo deberi ſummæ illi

vene-

Digitized by Google

venerationi, quam ſanctiſſimo BEATITUDINIS VESTRÆ *Nomini, ejuſque immenſis virtutibus profitentur; eoque magis quod iiſdem certo conſtet, a* SANCTITATE VESTRA *Græcum ritum ſingularis dignationis prærogativa honorari. Aliquatenus etiam deberi non negem, tenui illi, quam a teneris annis comparavi, Græcæ linguæ intelligentiæ, ex qua idoneus reddor, Græcos Patres in ipſo fonte conſulere, ac pro modulo meo interpretari, & inſuper in annunciando e ſuperiori loco Dei verbo (quod omnibus generatim diebus, quibus Pontificaliter celebro, facere inſtitui, fecique per integrum proxime præteritum Adventum) Græcos textus, Græco ipſo idiomate, pronunciare, unde ejus gentis, quæ frequentiſſima una cum Latinorum grege ad eas conciones concurrit, plauſus, & benevolentia mirum in modum mihi conciliatur. Demum debetur rationi illi, quam pro devinciendis primariis militiæ Ducibus, quorum hodie ſedes Corcyra, inivi; ſi qua enim cum illis de libertatis, & immunitatis Eccleſiaſticæ tuitione intercedit controverſia, omni ope enitor, ne ea ad apertam ſimultatem erumpat, ac, Deo opitulante, in ſpiritu lenitatis tantum proficio, quantum aſperitas Græcis ipſis prodeſſet; quippe qui, ut ex lugubri præteritorum temporum documento conſtat, non aliam opportuniorem Latinos inſectandi occaſionem captare conſueverunt*

verunt, quam hujuſmodi diſſenſionum inter Sacerdotium, & Imperium. Eam tamen manſuetudinem ita profiteor, ut una ſimul paratum me quiſquis intelligat, acrius pro Eccleſia certare, & me ipſum pro ea murum opponere, quoties cognovero hoc ad ovium ſalutem, & Chriſti gloriam expedire.

Unum eſt, BEATISSIME PATER, quod recens emergens eximiæ SANCTITATIS TUÆ ſapientiæ ſubjicio, & in eo Apoſtolicum oraculum ſupplex exquiro. Ægro animo Deceſſores mei ferebant, Antiſtites Græcos huc, quod ſæpe & ſæpius contingit, adventantes, Clericorum ſuæ gentis Ordinationes ita ſibi vindicare, ut nulla in eo negotio Latinorum Archiepiſcoporum ratio haberetur, illatumque ea licentia poteſtati ſuæ vulnus quoquo modo, at incaſſum, avertere conabantur. Paucis ab hinc diebus Athanaſius Græcus Metropolita, quo in eiſdem Ordinationibus adminiſtro Magnus hujus Inſulæ Præſul uti conſuevit, ut primum accepit hac in re pares mihi eſſe cum Deceſſoribus meis ſenſus, eos illico reveritus palam profeſſus eſt, nullas ſibi in Ordinationibus partes ſumpturum, niſi mea quoque accederet aſſenſio; ac proinde in utrumque ſe eſſe paratum, vel omnino ab Ordinationibus abſtinere, vel eas non tam ſua, Magnique illius Præſulis, quam mea auctoritate peragere. Demirati ſumus omnes inſuetam prorſus, inviſamque huic genti

erga

Digitized by Google

erga Latinum Antiſtitem ſubjectionem; majoremque adbuc admirationem commovit, quod eam ipſe Græcorum Præſul lubenti animo ratam habuerit, ac inſuper declaraverit, neminem impoſterum ſuis literis, pro ſacris Ordinibus in hac Inſula recipiendis, munitum iri, ni prius Græcum Antiſtitem ad id muneris mea quodammodo delegaret voluntas. Verum enimvero, BEATISSIME PATER, quamvis ſubjectio iſta grata mihi admodum contingat, ad quam nimirum omni ſtudio Deceſſores mei aſpirarunt, nec eam conſequi unquam valuerunt, videor tamen mihi in ſcopuloſo, difficilique loco verſari, dum penitus ignoro, an expediat Græcis Ordinationibus in hac Inſula aditum omnem præcludere, vel earum poteſtatem illius gentis Præſulibus facere, cum debita erga Latinum Archiepiſcopum reverentia. Ut tamen SANCTITATI VESTRÆ verum fatear, poſtrema hæc conditio animo magis meo arrideret, ac propterea Formulam, jam ſeu literas concepi, quibus prædictam facultatem memorato Metropolitæ demandari poſſe putarem. En has ipſas Tibi, SANCTISSIME PATER, exhibeo, enixiſſime poſtulans, ut quid mihi hac in re conſilii capiendum ſit, pro ſapientia, & auctoritate ſua indicare non dedignetur. Nulla res ad ſtadium, quod ingreſſus ſum, fortiter percurrendum majores mihi animos addet, quam ſi in locis maxime lubricis Apoſtolicorum

Digitized by Google

Reſcriptorum adminiculum, ad quod tenuitas mea adnitatur, minime defuturum intellexero.

Finem faciam verba illa uſurpans, quibus Concilii Milevitani Patres ad Innocentium Primum ſcribentes uſi ſunt: Quia Te Dominus gratiæ ſuæ præcipuo munere in Sede Apoſtolica collocavit, talemque noſtris temporibus præſtitit, ut nobis potius ad culpam negligentiæ valeat, ſi apud Tuam Venerationem, quæ pro Eccleſia ſunt ſuggerenda, tacuerimus, quam ea Tu poſſis vel faſtidioſe, vel negligenter accipere, magnis periculis infirmorum membrorum paſtoralem diligentiam, quæſumus, adhibere digneris.

Deus Optimus Maximus SANCTITATEM VESTRAM diu ſervet incolumem ſummo Eccleſiæ bono. Ita ex animo opto, ac ſacros Pedes Tuos deoſculor.

Corcyræ III. Non. Januar. MDCCXXV.

BENEDICTUS PP. XIII.

Venerabili Fratri Archiepiſc. Corcyrenſi.

V*Enerabilis Frater, ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Præclaras virtutes Fraternitatis tuæ cum generis ornamentis, & exquiſita literarum, doctrinarumque, ſacrarum præſertim, cognitione conjunctas, ad Eccleſiæ*

Tibi

Digitized by Google

Tibi creditæ utilitatem plurimum profecturas, jam antea pro certo babebamus. Hanc autem jucundiſſimam perſuaſionem amplius Nobis affirmarunt literæ tuæ, quibus Græcorum iſtic degentium erga Te ſtudia, & ſingularem obſequii alacritatem nunciaſti. Quam quidem ad Catbolicæ veritatis, & unitatis fructum charitati, & vigilantiæ tuæ viam, aditumque munire non dubitamus. Quod vero de eorumdem Ordinationibus Apoſtolicæ noſtræ ſervitutis officium requirendum cenſuiſti, a dilecto Filio noſtro de bac Sancta Sede egregie merito Joanne Baptiſta S. R. E. Cardinali Ptolomæo accipies, quo Te pacto gerere debeas, ut tuam Nobis ſolertiam, & Chriſto Paſtorum Principi Epiſcopalem vigilantiam magis adbuc probare poſſis. Ceterum paternam erga Te benevolentiam rebus ipſis, ubi ſe opportunitas ſuggeret, declarare, ac Fraternitati tuæ teſtatam facere vebementer optantes, Tibi, Venerabilis Frater, Apoſtolicam Benedictionem peramanter impertimur.

Datum Romæ, apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris, die XXX. *Januar. MDCCXXV. Pontificatus Noſtri Anno Primo.*

C. Archiepiſcopus Emiſſenus.

[XII.]

LITERÆ SACRÆ CONGREGATIONIS CONCILII TRIDENTINI INTERPRETIS, ET VINDICIS *AD ARCHIEPISCOPUM CORCYRENSEM.*

PEr Illuſtris, & Reverendiſſime Domine uti Frater. Magno ſane bono Latinæ Corcyrenſis Eccleſiæ contigiſſe putat Sacra Congregatio, legum Tridentinarum vindex, quod eidem Amplitudo tua moderandæ præfecta fuerit. Plura ſiquidem in te conveniunt, quæ ipſius dignitatem, utilitatemque facile tueri poſſunt. Nam præter illa, quæ tamen præcipua ſunt, paſtoralem ſolicitudinem, vigilantiam, doctrinam, induſtriam, prudentiam, accedunt alia, quæ hujuſmodi exercendis virtutibus iter ſternunt, ac muniunt. Splendes ipſe Familiæ decore, unde a Magiſtratibus, militiæque Ducibus exiſtimatio, a Civibus reverentia conciliatur; Græcæ linguæ peritia, quæ plurimum confert ad ejus alliciendam gentis benevolentiam; morum ſuavitate, qua plerumque flectuntur animi, legumque ſeveritas, ne moleſtiam exhibeant, emollitur. Hæc feliciſſimo nexu in te conjuncta, non otio langueſcere, ſed in tui Gregis emolumentum ſedulo ſtudio vertere voluiſti. Quantum vero iſthinc emerſerit bonæ frugis, luculenter Sacra Congregatio ex his literis cognovit, quas de rebus apud vos ſacris ad ſe dediſti. Et magna quidem lætitia perfuſa eſt, certior reddita, nulla te juris dicundi contro-

ver-

verſia (qua nihil ad alienandos animos, turbandamque religionem periculoſius) fuiſſe divexatum; Græcos amore, atque obſequio ſic tibi obſtrinxiſſe, ut id publicis etiam monumentis mandare poſterorum memoriæ, conſilium cœperint; facta inde quoque non levi ſpe, poſſe aliquando e ſchiſmatis caligine in veræ fidei lucem prodire, poſito, quo penitus obcæcantur, partium ſtudio. Æque ſimul reliqua tua paſtorali ſolicitudine quam maxime delectata eſt Sacra Congregatio. Clerum quippe doctrina, honeſtis moribus, externo quoque veſtium decore adeo fulgere ſtudes, ut Latinorum diſciplinæ majeſtas æmulis Græcis late pateat. Diœceſim obiiſti, optimis, quas memoras, legibus Ovium ſaluti, divinis in choro canendis laudibus, religionis incremento conſuluiſti. Sæpius e ſuperiori loco conciones ad populum habuiſti. Nihil denique a te prætermiſſum, quod ſolertem, vigilemque Antiſtitem deceat. Itaque, vel me tacente, exiſtimare debes, non modo Sacræ Congregationi probatam fuiſſe operam tuam, ſed vehementer commendatam, maximoque habitam pretio. Hæc ejus nomine ad tuas literas. Dabo ego operam officiis omnibus, ut meæ erga te benevolentiæ, ſtudiique certus, & compos fias.

AMPLITUDINIS TUÆ

Romæ 22. Martii 1727.

Uti frater ſtudioſus

C. Cardinalis Origus Præfectus.

P. Archiep. Epiſc. Anconæ Secret.

SAN-

[XIV.]

SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO

BENEDICTO PAPÆ XIII.

ANGELUS MARIA ARCHIEP. CORCYREN.

S*Acrum hoc Enchiridium, Græcorum* e manibus numquam (*ut Auguſtini verba de ſuo Enchiridio loquentis uſurpem*) receſſurum, *dum SANCTITATI TUÆ nuncupo, & offero, fundum Illi offero, quem Ipſamet ſuo valeat ſibi jure vindicare. Complectitur ſiquidem ſtatutas a Prædeceſſoribus Tuis leges Collectio iſta; ac præterea Beneventanis Tuis typis evulgatur, quo ipſo tempore inclytam hanc Samnitum Metropolim ſanctiſſimo Tuo conſpectu dignaris, ac propemodum beas; dum nullis ibi Paſtoralis miniſterii laboribus parcens, ſuum illi æque ac antea vigilem, æque indefeſſum, ſeu (ut cum Chryſoſtomo loquar) ferreum, atque adamantinum, æque gregis amantem Archiepiſcopum veluti poſtliminio reſtituis. Hoc illud eſt, quod dum ipſe præſens oculis meis conſpicio, & impenſæ olim a SANCTITATE TUA incredibili ſtudio Beneventanæ Eccleſiæ ſolicitudinis mihi undique occurrunt monumenta, exclamare cogor*: Major eſt ſapientia Tua, & opera Tua, quam rumor, quem audivi. *Res vero om-*

nium

Digitized by Google

nium ſæculorum admiratione digniſſima, BENEDICTUM XIII. Beneventanam ſuam Sponſam inviſentem, ſupremum Pontificatum quodammodo exinaniſſe, ut priſtinam Metropolitæ formam præferret: ac Baculum illum, quem per quadraginta fere annos geſtavit, & in quo (*ut Ipſemet dicere aſſolet*) Jordanem tranſivit, *nec Pontificiis manibus ſuis ſeu minus dignum, ſeu gravem reputaſſe.*

Porro in hac Collectione edenda, eo magis me operæ pretium facturum exiſtimavi, quo certius comperio, haſce Apoſtolicæ Sedis leges, quemadmodum Græcis omnibus, ut Catholicæ veritatis tramiti inſiſtant, ac vere materna erga ipſos Romanæ Cathedræ viſcera agnoſcant, ita Latinis etiam Paſtoribus, in quorum Diœceſibus Latini, Græcique permixti commorantur, magno adjumento futuras, ut in ſacris Græcorum rebus pondus, & pondus adhibere diſcant, nec paleam ſimul cum tritico, zizania cum ſegete (quod dum ab aliquibus interdum factum dico, dolenter potius, quam contumelioſe dico) eradicare contendant; imo vero ea probent, ea tolerent, ea damnent, quæ probari, quæ tolerari, quæ damnari, Romanorum Pontificum magiſterio edocti cognoverint.

Id ipſum SANCTITAS TUA ſuomet exemplo demonſtravit; quandoquidem ad earumdem legum normam præſcripſit, quotquot de Græcorum ſua in Provincia degentium Dogma-

matibus, & Ritibus edidit Decreta in Provinciali Synodo Beneventana; quippe quæ primævas Græci Ritus obſervantias veneratione proſequens, magnam in evellendis, qui in illum irrepſerant, abuſibus diligentiam adhibuit. Compertum ſiquidem habeo (nam Ipſamet narrare dignata eſt) SANCTITATEM TUAM olim per Epiſcopi tui Comprovincialis Diœceſim iter habentem, duos ibi graviſſimos errores deprehendiſſe, ac vehementer redarguiſſe; quod nimirum a Græco Presbytero Græci infantes ſacro Chriſmate una cum Baptiſmo linirentur, iidemque novam poſtea ab Epiſcopo Latino unctionem acciperent; deinde quod Latinus Epiſcopus Græcos ſibi ſubditos minoribus Ordinibus Latino Ritu initiaret, ac pro majoribus dumtaxat obtinendis Romam ad Græcum Antiſtitem dimitteret. Præterea in ipſamet Sua Archidiœceſi egregie laboravit, ut Græci ad eamdem pertinentes ſacras imagines anaglyptico operæ fabrefactas, quas maxime abhorrebant, domi admitterent; utque ſponſi ab Eccleſia celebrato matrimonio regredientes, a quibuſdam ineptis, ac ſuperſtitioſis ante ædium ſuarum fores cæremoniis, quibus aſſueverant, abſtinerent.

Ad eas ipſas leges in Corcyrenſi Eccleſia gubernanda ipſe quoque unice reſpiciens, gloriari in Domino valeo, mei illius regiminis formæ, quam SANCTITATI TUÆ per literas re-

præ-

præſentandam duxi, luculentam Apoſtolici Brevis commendationem acceſſiſſe: cui nuperrime Sacra Congregatio Tridentini Concilii Interpres, ac Vindex calculum ſuum adjecit.

Ceu novum Paſtoralis meæ ſolicitudinis, atque dilectionis pignus utinam Græcorum natio Enchiridium hoc libens amplectatur, atque Apoſtolica, quæ in eo colliguntur, oracula veneretur; quod ut vere contingat, SANCTITATIS TUÆ merita, ac vota a D.O.M. exoratura confido.

Beneventi Kal. Maji An. MDCCXXVII.

SCRIPTUM
A BENEDICTO PP. XIII.
EXARATUM.

LO ſceltiſſimo Opuſcolo per gli Greci, e Latini, volendoſi diriggere al Metropolitano di Benevento, ſappia lo Eruditiſſimo Collettore, che in quella Provincia vi ſono Greci, e detto Metropolita, paſſando per una Dioceſi ſuffraganea, entrò in una Parrocchiale di Rito Greco, e trovovvi due graviſſimi errori. Uno, che il Prete Greco confirmava ſubito i ſuoi battezzati, e poſcia il Veſcovo Latino ſuffraganeo gli criſmava di nuovo. Il ſecondo, il medeſimo Veſcovo Latino ordinava i Greci ne' minori, e poſcia gli ri-

rimetteva in Roma per gli ſacri Ordini al Veſcovo Greco.

Nelle Dioceſi proprie dello ſteſſo Metropolita dal Predeceſſore (non ſi ſa con qual prudenza) morto il Prete Greco, ſe ne eſtinſe il Rito, conferendo la Parrocchia al Prete Latino, e da quel tempo della eſtinzione di quel venerabile, e ſagratiſſimo Rito, fino a' tempi di chi ſcrive, i Parrocchiani Greci ſono in errori graviſſimi, come fra gli altri:

I. *Non vogliono in caſa ſagre Imagini, ne Crocifiſſi di rilievo.*

II. *Gli Spoſi ritornando dalla Chieſa, ſolennizato il Matrimonio* Ritu latino, *alla porta della caſa praticavano alcune ridicole cerimonie.*

Il medeſimo Arciveſcovo nelle ſue prime Viſite ſtentò molto per eliminare ſimili corruttele, maſſime la prima del primo numero.

Onde volendo Monſignor Arciveſcovo di Corfù pubblicare il ſuddetto Opuſcolo colla ſtampa di quella Metropoli, per onorare chi regge quel Paſtorale, potrebbe prendere il motivo, che lo ha voluto ivi ſtampare, avendo ſaputo, che in quella Provincia vi ſiano ancor oggi Dioceſani di Rito Greco.

Ciò ſi è però ſcritto per pura notizia, rimettendoſi &c.

Digitized by Google

[XIX.]

ANGELUS MARIA QUIRINUS

EX ABBATE BENEDICTINO-CASINENSI

DEI, ET APOSTOLICÆ SEDIS GRATIA
ARCHIEPICOPUS CORCYRENSIS
SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI PRÆLATUS DOMESTICUS
ET PONTIFICII SOLII EPISCOPUS ASSISTENS.

Dilectiſſimo Clero, Populoque ſuo Salutem in Domino ſempiternam.

AUdite inſulæ, & attendite Populi de longe: Dominus vocavit me. *Quo jure ea verba uſurpem, dum vos, Venerabiles Fratres, Dilectiſſimi Filii, poſtremum alloquor, facile unuſquiſque veſtrum intelliget, ſi forte rumor de Eccleſiæ Brixienſis præfectura mihi deſtinata jam, ut reor, huc uſque pervenit. Etenim vos ſcitis a prima die, qua ingreſſus ſum in Inſulam iſtam, quo Vos amore, ſicut Pater filios ſuos, complexus fuerim in viſceribus JESU CHRISTI: quam frequenter, quam ſancte conteſtatus fuerim, me nullo prorſus deſiderio illuſtrioris Sedis ullo umquam tempore aſſequendæ ſolicitatum, id unum maxime optare, ut Vobiſcum uſque ad extremum vitæ ſpiritum permanerem, curſum meum iſtic conſummans, & miniſterium Verbi, quod acceperam. Hoc idem propoſitum, hos ipſos animi ſenſus, Romam ad viſitanda Apoſtolorum limina profectus, hujus Aulæ Primoribus, Ipſique SUPREMO PONTIFICI, ſæpe & ſæpius, ut occaſio tulit, patefeci; adeo ut quamplures mirarentur, me Corcyrenſis Domi-*

Digitized by Google

cilii incommoda, quæ admodum ſolicitos Deceſſores meos, pleroſque omnes, ut eorum queſtus ad Romanam Sedem identidem perlati commonſtrarunt, habere conſueverant, nihil omnino cauſari; quin proſpera cuncta nunciare, atque fateri, illa magis mihi venire ad profectum Evangelii. Itaque, Cariſſimi Filii, ad Vos, tranſmarinum populum de longe, atque ad Inſulas veſtras converſus, merito propheticum illud ingemino: Dominus vocavit me. *Dominus ſiquidem ſæpiſſime vocans ea, quæ ſunt, tamquam ea, quæ non ſunt, neque humanis propoſitis ſuæ conſilia voluntatis accommodans, incomprehenſibili ſuo judicio effecit, ut quo majori cum tranquillitate, & gaudio Corcyrenſem Cathedram obtinere profitebar, ac proinde inſolubili penitus vinculo, me Vobiſcum conſociatum iri putabam, eo citius, & veluti repente invicem divelleremur. Supereſt igitur, Dilectiſſime CHRISTI Grex, ut Gregorii Magni verba in Epiſtola ad Philippum Comitem nobis ob oculos ponamus*: In quantum homo diſcutere, & inveſtigare judicia ſuperna non ſufficit, in tantum ſub eis debet cervicem cordis inflectere. Et quia id, quod ſibi tribuitur, quo judicio diſponatur, ignorat, nec ad appetendum locum procax inſiſtere, neque ad repellendum contumax debet inveniri. *Supereſt etiam, ut Vos, qui Apoſtolatus mei ſignaculum eſtis in Domino, mei per omnia memores ſitis, & ſicut tradidi Vobis præcepta mea*

te-

teneatis. Supereſt denique, ut quoniam non videbitis amplius faciem meam Vos omnes (quo in verbo quemadmodum Epheſios ſuos Paulus Apoſtolus contriſtavit, ita Vos quoque magnopere dolere, minime dubito) ejuſdem Apoſtoli verbis, quibus Epheſiis ad navem illum deducentibus, ac ſuper ejus collum procumbentibus valedixit, & ipſe Vobis valedicam, atque ſupremum Paſtoralis meæ, veræque paternæ charitatis pignus Benedictionem impertiar: Commendo Vos Deo, & verbo gratiæ ipſius, qui potens eſt ædificare, & dare hæreditatem in ſanctificatis omnibus.

Datum Romæ, extra Portam Flaminiam, Anno Dñi MDCCXXVII. *Die S. Jacobi Apoſtoli Metropolitanæ noſtræ Eccleſiæ Titularis.*

ANGELUS MARIA QUIRINUS
DEI, ET APOSTOLICÆ SEDIS GRATIA &c.
EPISCOPUS BRIXIENSIS,
DUX, MARCHIO, COMES, &c.
AC S. R. ET UNIV. INQUISITIONIS
QUALIFICATOR, ATQUE CONSULTOR.

Dilectiſſimo Clero, Populoque ſuo &c.

D*Ivinam ſcientiam humana omnia quaqua verſum perluſtrantem, atque moderantem Regius Propheta admirans, ac celebrans Pſalmo centeſimo trigeſimo octavo*: Si ſumſero, *inquit*, pennas meas diluculo, & habitavero in extremis maris, illuc deducet me manus tua, & tene-

nebit me dextera tua. *Pennis & ipſe quodammodo aſſumtis extra Italiæ fines evolaveram, habitabamque, ut noſtis, Dilectiſſimi, in eo maris receſſu, quo Adriaticum Ionio conjungitur, puſilli admodum gregis paſtor, ac mea ſorte penitus contentus, quemadmodum in animam meam teſtor eum ipſum, qui, ut in eodem Pſalmo legitur, ſemitas noſtras inveſtigat, & noſtras de longe cogitationes intelligit. Quumque proinde nil minus quam de permutanda Sede cogitarem, ea ipſa Omnipotens dextera, quæ me in Corcyrenſi Inſula tenuerat, paucis ab hinc diebus Brixienſis Diœceſis, omnium Italicarum Diœceſum ampliſſimæ, poſt Mediolanenſem (quam Metropolim ſuam veneratur) Antiſtitem conſtituit. Abſit vero mihi in ea amplitudine gloriari, abſit ex multiplicata gente magnificatam etiam lætitiam fateri; quum e contra vehementer mihi formidandum videam, ne, qui in altitudinem maris veni, & tempeſtas non demerſit me, aquis illis multis, quibus populi multi deſignantur, obruar, atque demergar.*

Quominus vero animum omnino deſpondeam, in primis divina in cauſa eſt miſericordia, quæ mihi quemadmodum in Corcyrenſis Eccleſiæ regimine affuit, prava in recta, & aſpera in vias planas convertens, ita &c.

Dat. Romæ, extra Portam Flaminiam An. Dñi MDCCXXVII. *Die B. Virginis in Cœlum Aſſumtæ Cathedralis Noſtræ Eccl. Titularis.*

AN-

Digitized by Google

[XXIII.]

ANGELUS MARIA
S. R. E. CARDINALIS QUIRINUS
EPISCOPUS BRIXIENSIS &c.

Dilectiſſimo Clero, Populoque ſuo &c.

QUi paucis ab hinc menſibus Dominum in hymnis magnificaſtis, Venerabiles Fratres, Dilectiſſimi Filii, ob Eccleſiæ Veſtræ præfecturam divino prorſus conſilio mihi commiſſam, en aliud Vobis hodie gaudii argumentum proponitur, quos proinde Propheticis alloquor verbis: Cantate Domino canticum novum. *Dominus ſiquidem, cujus eſt incipere, atque perficere, Antiſtitem Veſtrum magis magiſque honorificans, ſacrum ejus Principatum Apoſtolicæ Purpuræ fulgore confortavit.* Cantate, *itaque*, Domino canticum novum, laus ejus ab extremis terræ; *ab extremis ſcilicet Italicæ continentis, a qua Corcyra Inſula magno aquarum tractu ſegregata, exultabit & ipſa, vehementer admirans, Metropolitam ſuum ad viſitanda Apoſtolorum limina profectum, dum reditum ad Sponſam maturaret, ſola favente benignitate BENEDICTI XIII. P.O.M. (Ei quamvis nulla antea notum conſuetudine) inter eorumdem liminum cardines, breviſſimo temporis intervallo, inſignemque nondum (ut ex nupera* Declaratione *conſtat) Brixienſibus Infulis, cooptatum &c.*

Datum Romæ, extra Portam Flaminiam, die XXII. *Decembris* MDCCXXVII.

F I N I S.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google